

CORPUS
PHILOSOPHORUM DANICORUM
MEDII AEVI

V. II

CORPUS PHILOSOPHORUM DANICORUM MEDII AEVI

CONSILIO ET AUSPICIIS
SOCIETATIS LINGUAE & LITTERARUM
DANICARUM

AB ALFREDO OTTO & HENRICO ROOS
FUNDATUM

NUNC EDENDUM CURAVIT
JOANNES PINBORG

V



HAUNIAE MCMLXXIV
TYPIS FR. BAGGE

BOETHII DACI OPERA

QUAESTIONES DE GENERATIONE
ET CORRUPTIONE – QUAECTIONES SUPER
LIBROS PHYSICORUM

NUNC PRIMUM EDIDIT
GÉZA SAJÓ

VOLUMINIS V
PARS II
QUAESTIONES SUPER LIBROS
PHYSICORUM CONTINENS

HAUNIAE MCMLXXIV
APUD LIBRARIUM G·E·C·GAD

SUMPTUS FECERUNT
INSTITUTUM CARLSBERGICUM
INSTITUTUM RASK-ÆRSTEDIANUM
INSTITUTUM FUNDATIONIS SCIENTIIS DEDICATAE REGNI DANICI

EDITIONI CURANDAE
CONSULUERUNT
LOUIS L. HAMMERICH & POVL JOHS. JENSEN

ISBN 87 12 15887 9



COPYRIGHT 1974 BY

DET DANSKE SPROG- OG LITTERATURSELSKAB

TABLE DES MATIÈRES

TEXTES

II. Quaestiones super libros Physicorum	139
Liber primus	139
Liber secundus	204
Liber tertius	254
Liber quartus	316

TABLES

I. Index quaestionum super libros Physicorum	323
II. Index auctorum et operum laudatorum	327
III. Tituli librorum	332
IV. Index verborum totius voluminis	333

ADDENDA ET CORRIGENDA	363
-----------------------------	-----

QUAESTIONES
SUPER LIBROS PHYSICORUM

Par une erreur regrettable, certaines parties de l'apparat critique n'ont pas été soumises aux surveillants chargés de la revision de l'édition.

LIBER PRIMUS

Quaestio 1a.

*Utrum sit aliqua scientia necessaria praeter philosophicas
disciplinas*

1. 2^{ra} **Q**uaeritur utrum sit aliqua scientia necessaria praeter philosophicas disciplinas.

Et videtur quod non:

1. Scientia non est homini necessaria nisi homo per eam fiat
5 sciens et bonus; sed per philosophicas disciplinas fit homo sciens
et bonus; ergo etc.

2. Item, »sicut tota philosophia docet ens, sic et partes philosophiae docent partes entis«, 4^o Metaphysicae; nulla est scientia
possibilis nisi de ente vel de partibus entis, »de non-ente non est
10 scientia«, ut vult Aristoteles libro Posteriorum; ergo etc.

Contra: scientia legis positae est necessaria propter corruptionem moralem hominis; sed huiusmodi scientia est alia praeter scientiam philosophicam; ergo aliae scientiae a scientia philosophica sunt necessariae.

9 vel] *s.l.*

7-8 Aristoteles, Metaphys. IV (Γ, c. 1, 1003a 21-25; c. 2, 1004a 2-3).—Cf. etiam Boethium de Dacia, De aeternitate mundi (ed. Sajó) 295-296; Modi significandi (ed. Pinborg-Roos) 44:49-52; Sophisma Omnis homo de necessitate est animal (ed. Grabmann) p. 85; Quaestiones super libros Topicorum, Lib. I, Qu. 7 (Erlangen, Cod. 214, fol. 97vb).

9-10 Aristoteles, Post. Analyt. I (c. 2, 71b 25-26).

Item, sicut est homini necessaria veritas quae per rationem ¹⁵ humanam comprehendendi potest, sic necessaria est homini veritas quae per rationem humanam comprehendendi non potest; sed per philosophicam disciplinam habetur veritas quae per rationem humanam comprehendendi potest, et per aliquam scientiam aliam a philosophica disciplina habetur veritas quae per rationem com- ²⁰ prehendi non potest humanam; ergo etc.

Quaestio 2a.

Utrum omnis quaestio quae per rationem disputari potest pertineat ad philosophum

Quaeritur utrum omnis quaestio quae per rationem disputari potest pertineat ad philosophum.

Videtur quod sic:

Omnis ratio per quam disputatur a rebus est accepta, alias ²⁵ esset figmentum et inintelligibilis; sed philosophus omnem rem considerat, cum non sit nisi triplex res: mathematica, divina et naturalis, de quibus omnibus considerat philosophus; ergo etc.

Contra: communiter loquentes dicunt quod aliquae sunt quaestiones per rationem disputabiles quae ad philosophum non per- ³⁰ tinent.

Quaestio 3a.

Utrum naturalis possit quemlibet effectum reducere in primum principium simpliciter

Quaeritur utrum naturalis possit quemlibet effectum reducere in primum principium simpliciter.

Et videtur quod sic:

1. per Aristotelem in principio huius dicens: »tunc opinamur ³⁵ unumquodque cognoscere, cum causas rei cognoscimus, scilicet

19 aliquam] aliam *ms.* 36 cognoscimus] cognoscere *ms.*

22 Ad totam quaestionem cf. Boethium de Dacia, De aeternitate mundi 289-302.—Doctrina condemnata a. 1277 ab episcopo Parisiensi Stephano Tem-
pier. Cf. Chartul. Univers. Paris. I, p. 551, n. 145.

35 Aristoteles, Phys. I (c. 1, 184a 12-14).

primas, et principia prima usque ad elementa«; sed hoc non esset nisi physicus posset reducere in prima principia.

2. Item, in 8° Physicorum <Aristoteles> reducit motum aeternum in primum.

Contra: naturalis non potest reducere <in> aliquid quod excedit suam considerationem; sed primum principium excedit considerationem naturalis; ergo etc.

Quaestio 1b.

Ad primam quaestionem dicendum quod aliqui dicebant quod non sunt aliae scientiae necessariae a philosophica disciplina, et ratio eorum fuit quod omnis scientia est de aliquo ente, sed non est aliud ens quam divinum, mathematicum, naturale, quorum scientiae pertinent ad philosophum: ut scientia entis naturalis ad naturalem, entis divini ad metaphysicum, entis mathematici ad mathematicum. Sed ista opinio est antiquorum philosophorum qui tantum in istas studuerunt. Sed haec positio non est vera, quia aliae sunt scientiae quae docent veritates ad quas non est possibilis scientia per inquisitionem humanam, sicut scientia legis modernae, id est christianae. Ideo dicendum quod aliae sunt scientiae praeter disciplinas philosophicas.

1. Ad argumentum primum in contrarium dicendum quod sufficienter potest homo esse sciens per philosophicas disciplinas quae acquiri possunt per rationem humanam, sed de alia scientia non potest, quae transcendit rationem naturalem et humanam.

2. Ad aliud argumentum dicendum quod verum concludit de illa quae acquiri potest per rationem naturalem et humanam, de alia non est verum.

Quaestio 2b.

Ad aliam quaestionem respondeo quod non est alia disputabi-

58 acquiri] acquiri *ms. et sic deinceps aliis locis.*

39 Aristoteles, Phys. VIII (c. 10, 267a 21—b 26).

lis quaestio per rationem nisi illa quae disputari habet per philo- 65
sophum, et sit pro causa ratio prima adducta ad istam partem.

Ad argumentum in contrarium dicendum est quod qui dicunt
oppositum dicunt falsum.|| f. 2rb

Quaestio 3b.

Ad aliam quaestionem dicendum quod naturalis, in eo quod
naturalis, nullum effectum potest reducere in prima principia 70
simpliciter, ad cuius quaestionis solutionem suppono duo: pri-
mum quod naturalis non potest aliquem effectum reducere ultra
illud quod est primum principium; secundum suppono quod na-
tura est primum principium quod physicus considerare potest,
et ideo incipit physicus a primis principiis naturalibus, ut a ma- 75
teria et forma etc. Istis duabus suppositionibus adiungo tertium
quoddam simpliciter verum, scilicet quod primum principium
simpliciter primum non est natura eo modo quo physicus inten-
dit de natura. Apparet ergo solutio quaestionis, quia physicus
non potest reducere aliquem effectum nisi in prima principia in 80
genere et non in prima principia simpliciter.

1. Ad argumentum primum in contrarium dicendum quod
Aristoteles intendit de primis principiis in genere et non de pri-
mis simpliciter et absolute.

2. Ad aliud dicendum quod Aristoteles in 8° Physicorum non 85
reducit motum aeternum ad primum per se, sed per accidens,
quod apparet ex hoc quod omnes conclusiones sunt negativae,
quia probat quod »primus motor est impartibilis et etiam nullam
magnitudinem habens«. Ex istis conclusionibus, probatis per se,

82-83 Ad argumentum—principiis] *iter.* 87 ex hoc] *in marg.* 88 et etiam]
in marg. 91 primus] Et sic apparet solutio istarum trium quaestionum (94)
hic add. 94 Et—quaestionum] *hic desideratur.*

69-81 Cf. Boethium de Dacia, De aeternitate mundi 309-315; Quaestiones
de generatione et corruptione (ed. Sajó) Lib. I, Qu. 2, 8:93-101; Modi signifi-
candi (ed. Pinborg-Roos) 59:28-37.

83 Aristoteles, Phys. I (c. 1, 184a 12-14).

85 Aristoteles, Phys. VIII (c. 10, 267b 24-26).

90 concludit per accidens quod huiusmodi virtus faciens talem motum est primus. Item, ad naturalem pertinet invenire primum motorem, sed quod hic sit motor immobilis totius entis, hoc accidit naturali.

Et sic apparet solutio istarum trium quaestionum.

Quaestio 4a.

Utrum de rebus naturalibus possit esse scientia

Quaeritur utrum de rebus naturalibus possit esse scientia.
Videtur quod non:

1. Scientia solum est de hiis quae semper sunt et necessaria, et impossibile est aliter se habere; sed res naturales non sunt huiusmodi, quia habent in se contrarium quod est causa corrupti-
5 onis.
2. Item, scientia est de abstractis solum, quia de intellectis quae sunt abstracta; sed res naturales non sunt abstractae; ergo etc.
- 10 3. Item, scientia est habitus intellectus; sed naturalia non possunt comprehendi ab intellectu, cum sint materialia et materiae commicta.
4. Item, »sicut sensus ad sensibile, sic intellectus ad intelligibile«, ergo permutata proportionem sicut intellectus ad sensibile,
15 sic sensus ad intelligibile; ergo cum intelligibile non comprehenditur a sensu, nec sensibile ab intellectu; sed res naturales sunt sensibiles; quare etc.

Contra: illa quae habent causas et principia et elementa ex quibus de necessitate fiunt semper vel frequenter, de talibus po-
20 test esse scientia; sed naturalia sunt huiusmodi; ergo etc.

Quaestio 5a.

Utrum de omnibus rebus naturalibus possit esse una scientia

Quaeritur utrum de omnibus rebus naturalibus possit esse una scientia.

1 esse scientia] in marg.

Videtur quod non:

1. Quia scientia dicitur una quae est unius subiecti passiones considerans; sed non omnia naturalia sunt unius subiecti generis, quia corruptibile et incorruptibile non communicant in aliquo uno subiecto, ut dicit Aristoteles in 4° Metaphysicae.

2. Item, omnia illa de quibus est una scientia, debent reduci ad aliquod unum in quo communicant, quia dicit Commentator 4° Metaphysicae: »si ens sit pure aequivocum, de eo non posset 30 esse una scientia«; sed res naturales non communicant in aliquo uno, quia principia rerum naturalium aequivoce reperiuntur in rebus superioribus et inferioribus.

Contra: ad hoc quod de aliquibus possit <esse> una scientia non oportet quod communicant in aliquo communi univoce dicto, sed sufficit quod communicant in aliquo <uno> analogice dicto; sed omnes res naturales communicant in aliquo uno analogice de eis dicto, quia omnes substantiae naturales communicant in substantia materiali mobili quae prius dicitur de substantia mobili generabili, posterius de substantia mobili ingene- 40 rabili.

Quaestio 6a.

Utrum natura sit subiectum scientiae naturalis

Quaeritur utrum natura sit subiectum scientiae naturalis.

Et videtur quod sic:

1. Istud est subiectum in scientia cuius proprietates et passiones et effectus docentur in illa scientia; natura est huiusmodi, 45 quod omnes passiones sunt naturae; ergo etc.

2. Item, sicut se habet prima <causa> et ens simpliciter, sic se habet ens <naturale> et natura simpliciter, quia sicut causa prima est principium simpliciter, sic natura est naturalis entis; prima causa est subiectum || scientiae entis simpliciter, ut libri meta- 50
f. 2va
physices; <ergo etc.>.

39 materiali] exp. (?) 40 de] s.l. 49 est¹] iter. 50 est] iter.

26-27 Aristoteles, Metaphys. X (I, c. 10, 1058b 26—1059a 14).

30-31 Averroes, Metaphys. IV, c. 2 (Opera, Vol. VIII [1574], fol. 65r).

Contra: primum principium rerum naturalium non potest esse subiectum illius scientiae; sed natura est primum principium scientiae naturalis; ergo etc.

Quaestio 7a.

Utrum corpus mobile sit subiectum scientiae naturalis

55 Quaeritur utrum corpus mobile sit subiectum scientiae naturalis.

Videtur quod non:

1. De contrariis est una disciplina; sed corpus mobile et quiescibile opponuntur; sed corpus quiescibile non est subiectum,
60 ergo nec corpus mobile.

2. Item, illud est subiectum scientiae naturalis cui subalternantur omnia particularia subiecta particularium scientiarum naturalium; sed subiecta scientiarum particularium naturalium non subalternantur corpori mobili, ut patet de anima, quod est
65 subiectum libri De Anima; ergo etc.

3. Item, nullus artifex potest excedere subiectum suae scientiae; sed naturalis excedit corpus mobile: nam quaedam naturalia sunt immobilia, ut dicit Commentator.

Contra: istud est subiectum in scientia naturali cuius passio-
70 nes docentur in scientia naturali; sed tale est corpus mobile.

Quaestio 4b.

Ad primam quaestionem dico quod de naturalibus potest esse scientia: nam quantam necessitatem habent causae et principia aliquorum effectuum ad productionem illorum effectuum, tantam necessitatem habent ad consequentiam illorum effectuum;
75 sed res naturales habent causas, ideo habent necessitatem ad consequentiam.

66-67 Cf. Boethium de Dacia, De aeternitate mundi, 380-381; Modi significandi (ed. Pinborg-Roos) 28:17; Quaestiones super libros Topicorum, Lib. I, Qu. 17 (Erlangen, Cod. 214, fol. 101rb).

67-68 Averroes, Phys. II, c. 70-71 (Opera, Vol. IV [1562], fol. 74r).

1. Ad argumentum in contrarium dico quod rem esse necessariam vel semper est duobus modis: aut quantum ad substantiam suam, aut quantum ad consequentiam ex suis causis. Unde, licet res non sint semper et necessariae secundum se, sunt tamen ⁸⁰ semper quantum ad consequentia. Et hoc sufficit ad scientiam.

2. Ad aliud dico quod abstractio triplex est: universalis a particularibus, et talis est necessaria in omni scientia: nulla enim scientia docet individuum sub forma individui, sed sub forma sui universalis. Alia est abstractio formae a materia secundum ⁸⁵ intellectum et secundum diffinitionem et non secundum esse, et talis est mathematica. Tertia est abstractio formae a materia secundum intellectum et secundum diffinitionem et secundum esse. Unde quando dicit quod scientia est de abstractis, hoc verum *** in particularibus. Quando igitur dicit res natura- ⁹⁰ les non sunt abstractae, verum est secundum esse ***. Intellectus potest in comprehensionem rerum naturalium in forma sui universalis.

3. <***>.

4. Ad aliud dico quod sensibile, in quantum sensibile, non po- ⁹⁵ test in comprehensionem intellectus, potest tamen comprehendere sensibile ab intellectu secundum quod illud sensibile abstractum est.

Quaestio 5b.

Ad aliam quaestionem dico quod sic, et ratio huius est, quia scientia una est, quae docet aliquod unum ens et omnia quae at- ¹⁰⁰ tribuuntur illi uni, quicumque fuerit iste modus attributionis; et omnes res naturales attribuuntur ipsi corpori mobili et ita uni,

78 vel semper] *in marg.* 82 triplex] *corr. ex duplex.* 90 verum] *post hoc verbum scriptor spatium fere VI litterarum vacuum reliquit in medio lineae ms.* naturales] *universales ms.* 91 secundum esse] *post haec verba scriptor spatium fere XV litterarum vacuum reliquit in medio lineae in ms.* 98 est] *non est ms.* 99 Ad aliam quaestionem] *hic incipit alia scriptura.*

77-81 Cf. Boethium de Dacia, Quaestiones De generatione et corruptione I qu. 5b (p. 14, 48 sq); Modi significandi p. 17, 39 sq.

100-101 Cf. Boethium de Dacia, Modi significandi p. 19, 19-24; Quaestiones super libros Topicorum I qu. 3. Ex gratiosiss. communicatione J. Pinborg.

quaedam sicut principia, quaedam sicut passiones etc. Et sic de omnibus rebus naturalibus potest esse scientia una.

105 1. Ad primum argumentum in contrarium dico quod licet non omnes res naturales communicent in subiecto quod est materia prima, communicant tamen in uno subiecto, ut in substantia mobili.

2. Ad aliud dico quod minor est falsa, quia omnes res natura-
110 les reducuntur ad substantiam mobilem.

Quaestio 6b.

Ad aliam quaestionem dico quod natura non est subiectum scientiae naturalis, et ratio huius est quia illud quod docet scientia est subiectum in illa scientia, et omnia alia quae docentur in illa docentur propter ipsum. Sed natura non docetur in scientia
115 naturali, quia docere per causam est, et natura non habet causam quae possit considerari in scientia naturali, quia scientia naturalis incipit a natura.

1. Ad argumentum dico quod maior vera est, sed minor falsa est, quia non sunt passiones naturae ut subiecti, sed ut effici-
120 entis.

t. 2vb 2. Ad aliud || dico quod similitudo est in hoc, sicut causa <prima> principium est entis simpliciter, sic natura entis naturalis; dissimilitudo est in hoc quod causa prima est ens simpliciter et per se, et ideo potest esse subiectum scientiae quae est de ente
125 simpliciter, sed natura non est res naturalis, ideo non potest esse subiectum in scientia quae docet res naturales. Aliter respondetur dicendo quod causa prima non est subiectum metaphysicae, immo finis; sed ens est subiectum.

Quaestio 7b.

Ad aliam quaestionem dico quod corpus mobile est subiectum
130 in scientia naturali, quia in tota scientia naturali docetur corpus mobile et omnia quae sibi attribuuntur, sicut causae, principia et elementa, et partes et suae species et multa alia.

1. Ad argumentum in contrarium dico quod corpus mobile et quiescibile non contrariantur, quia idem corpus in numero est quiescibile quod est mobile. 135

2. Ad aliud dico quod subiectum libri De Anima ei subalternatur, quia est corpus animatum, et similiter omnia alia subiecta scientiarum naturalium particularium subalternantur corpori mobili quod est subiectum scientiae naturalis.

3. Ad aliud dico quod minor falsa est, quia quaecumque do-
cet naturalis vel est corpus mobile vel attribuitur corpori mobili, et cum dicitur quaedam naturalia sunt immobilia, verum est: quaedam sunt immobilia per se, sunt tamen mobilia motu subiecti in quo sunt.

Quaestio 8.

Utrum corpus mobile sit subiectum libri Physicorum

Quaeritur utrum corpus mobile sit subiectum libri Physicorum.

Videtur quod non:

Idem non potest esse subiectum totius et partis; sed corpus mobile est subiectum librorum particularium scientiae naturalis; 5 ergo non potest esse subiectum istius.

Contra: illud est subiectum libri Physicorum de cuius principiis et passionibus determinatur libro Physicorum; sed hic determinatur de passionibus et proprietatibus corporis mobilis; ergo etc. 10

Solutio. Corpus mobile, consideratum in se quantum ad omnia principia generalia et specialia, sic est subiectum totius scientiae naturalis, quantum autem ad principia generalia, sic est subiectum libri Physicorum, quantum ad principia specialia, subiectum est particularium librorum. 15

Ad argumentum dico quod idem eodem modo acceptum non potest esse subiectum totius et partis, diversimode tamen acceptum bene potest. Unde corpus mobile diversimode accipitur hic et in aliis libris.

QUONIAM INNATA...

*Quaestio 9a.**Utrum universale prius sit particulari*

Quaeritur utrum universale prius sit particulari.
Videtur quod universale sit prius:

1. Quanto aliquid simplicius, tanto prius; sed universale est
5 simplicius particulari, quia particulare se habet per additionem
ad universale, et tunc aut addit formam substantialem, aut con-
ditiones individuantes.

2. Item, prius est a quo non convertitur consequentia; sed ab
universali ad particulare non convertitur consequentia; ergo etc.

10 3. Item, illud quod est principium essendi et cognoscendi par-
ticularis, prius est eo; sed universale est huiusmodi: quia dicit
essentiam particularis et cognitionem, quia non potest aliquis
cognoscere hominem ignorando animal.

4. Item, res, secundum quod res, prior est ipsa individuata,
15 quia individuatio significat aliquid additum illi essentiae; uni-
versale rem significat, sed particulare illam eandem essentiam
individuata.

Contra:

1. Quod nihil est aut posterius, si ipsum est aliquid, ipsum
20 est posterius; sed »universale <aut> nihil est aut posterius« per
Aristotelem libro De Anima; ergo etc.

2. Item, quod abstrahitur a particularibus posterius est ipsis;
sed universale est huiusmodi.

*Quaestio 10a.**Utrum universale sit notius particulari*

Quaeritur utrum universale sit notius particulari.

25 Videtur quod sic:

13 cognoscere] animal add. et exp.

1 Aristoteles, Phys. I (c. 1, 184a 16).

20-21 Aristoteles, De anima I (c. 1, 402b 7-8).—Cf. etiam Averroem, De A-
nima I, c. 8 (ed. Crawford, p. 11-12).

Quanto aliquid simplicius, tanto notius et certius; sed universale est simplicius particulari; ergo etc. Maior patet in Posterioribus.

Item, illud est notius particulari a quo dependet cognitio particularis, quia non fit fides nisi ex magis notis; sed cognitio particularis dependet a cognitione universalis, quia ignorantem universale non contingit cognoscere particulare.

Contra: quae sunt difficiliora, sunt minus nota; sed universalis sunt huiusmodi, quia sunt a sensibilibus magis elongata.

Quaestio 11a.

Utrum diffinitum sit notius diffinitione

Quaeritur utrum diffinitum sit notius diffinitione.

35

Videtur quod non:

Omne illud »propter quod <unumquodque est> illud magis«; sed diffinitum cognoscitur per diffinitionem; ergo diffinitio est magis nota.

Item, universale est notius particulari; sed quaedam pars diffinitionis magis est universalis quam diffinitum; ergo etc.

Contra est:

1. Aristoteles in littera.

2. Item, cognitio confusa et indistincta praecedit cognitionem determinatam et distinctam; sed diffinitum cognoscitur sine diffinitione confuse et indistincte, sed cum diffinitione distincte, et ita diffinitum notius <est> diffinitione.

Quaestio 9b.

Ad primam quaestionem dico quod universale duobus modis dicitur: || uno modo dicitur ratio existens in anima, et est principium cognoscendi rem extra animam simpliciter, non rem individuatam: nam anima cognoscens rem extra animam aliquid

26-27 Aristoteles, Post. Analyt. I (c. 24, 86a 3-5).

37 Aristoteles, Post. Analyt. I (c. 2, 72a 29-30).

43 Aristoteles, Phys. I (c. 1, 184a 16—b 14).

habet penes se de re ipsa, nam cognitum et intellectum est in intelligente per aliquem modum essendi 'in'. Planum est quod ratio intelligibilis existens in anima non est principium cognos-
 55 cendi rem extra animam. Hoc universale posterius est particulari, quia abstrahitur ab ipsis particularibus per abstractionem per intellectum; et de isto verum est dictum De Anima: »quod posterius est aut nihil«. Et secundum argumentum similiter verum concludit: quod abstractum posterius est etc.

60 Alio modo dicitur universale ipsa natura realis existens extra animam, estne aliqua talis? Et illud est universale cuius naturae non repugnat quod ipsum in pluribus inveniatur. Et aliqua talis res est extra animam, quae secundum se indivisa est, cuius essentiae non repugnat in pluribus inveniri, sed dividitur per acci-
 65 dens. Illud quod per multa supposita multiplicatur, non est res existens in anima. Forma sive essentia secundum se est una, multiplicatur tamen extra animam per materiam in plura supposita. Forma enim dividitur propter materiam, materia propter continuum, quantitas per se divisibilis. Licet ipsa forma quae
 70 est in materia sit individuata per accidens, ipsa tamen secundum se est universalis: individuatur enim per individuationem illius materiae in qua est. Et tale universale prius est particulari, quoniam vera natura rei et essentia prior est se ipsa individuata, et ita individuum posterius.

75 Et sic patet solutio ad obiecta.

Quaestio 10b.

Ad secundam quaestionem dico quod universale notius est particulari: confusa enim cognitio et indistincta praecedit distinctam et determinatam. Unde qui cognoscit confusum, cognoscit quodlibet contentum sub eo, indistincte et confuse tamen, qua-
 80 propter universale prius notum est quam particulare.

Ad argumentum in contrarium dico quod minor falsa est per

61 estne aliqua talis] *fortasse secludendum ut glossa marginalis.*

57-58 Aristoteles, De anima, I (c. 1, 402b 7-8).

Avicennam ponentem exemplum: videns a remotis aliquid prius cognoscit ipsum esse corpus quam animal, et animal quam hominem, et hominem quam Socratem vel Platonem.

Quaestio 11b.

Ad tertiam quaestionem dico quod diffinitum, quantum ad ⁸⁵ nos, prius est notum quam diffinitio; diffinitio tamen secundum naturam notior est, quia cognitio diffiniti dependet ex principiis diffinientibus; sed cognitio realis diffinitionis non dependet a diffinito.

Ad argumentum dico:

90

1. Quod patet solutio per istam distinctionem, et quod dicit Aristoteles: »diffinitum notius est diffinitione« verum est quantum ad nos.

2. Ad aliud dico quod verum concludit quantum ad nos.

ID QUIDEM IGITUR...

Quaestio 12a.

Utrum aliquis artifex possit probare sua principia si sibi negantur

Quaeritur utrum aliquis artifex possit probare sua principia si sibi negantur.

Videtur quod sic:

1. Qui maxime cognoscit naturam principiorum maxime potest ipsa determinare, si sibi negantur; sed quilibet artifex est huiusmodi: quilibet enim artifex cognoscit naturam suorum principiorum; ergo quilibet artifex potest sua principia probare.

2. Item, sicut metaphysicus se habet ad sua principia, sic naturalis ad sua principia; sed metaphysicus potest probare sua ¹⁰ propria principia; ergo et quilibet alius artifex.

1 Id] Idem *ms.* 2 possit] potest *ms.*

82-84 Avicenna, *Sufficientia* (Phys.), Lib. I, c. 1 (Opera, Venetiae 1508, fol. 13va E).

92 Aristoteles, Phys. I (c. 1, 184a 16—b 14).

1 Aristoteles, Phys. I (c. 2, 184b 25).

3. Item, qui ex principio negato potest ducere ad aliquod inconueniens magis manifestum, potest sua principia probare; sed naturalis potest huiusmodi facere; ergo etc.

15 Contrarium dicitur in littera.

Item, omnis probatio debet esse ex notioribus; sed nihil est notius in aliqua scientia quam principium primum in illa scientia; ergo nullus artifex etc.

Item, nullus artifex potest probare aliquid contra illum qui
20 nihil sibi concedit; sed qui destruit prima principia naturalia nihil concedit, quia destruit omnia principia posteriora et omnes conclusiones et negat totam scientiam.

Sed dices forsan quod potest ea probare per impossibile. Videtur quod non: Illi nihil potest probare per impossibile qui con-
25 cedit impossibile; sed qui negat principia concedit impossibile; ergo etc.

Quaestio 13a.

Utrum dialecticus possit probare principia vel non, scilicet naturalia, si sibi negantur

Quaeritur utrum dialecticus possit probare principia vel non, scilicet naturalia, si sibi negantur.

Videtur quod sic:

30 1. Per Commentatorem hic.

2. Item, illa scientia, quae habet viam ad omnium methodorum principia, potest probare principia scientiae specialis, si sibi negantur; dialectica est talis; ergo etc.

Contra: argumentatio logica nihil probat, si fiat argumentatio dialectica <quae> ad propria principia scientiae specialis est
35 litigiosa, quia procedit ad propria a communibus.

27 possit] potest *ms.*

15 Aristoteles, Phys. I (c. 2, 184b 25—185a 20).

30 Averroes, Phys. I, c. 8 (Opera, Vol. IV [Venetiae 1562] fol. 9v).

Quaestio 14a.

Utrum metaphysica possit probare principia scientiae specialis, si negantur

Quaeritur utrum metaphysica possit probare principia scientiae specialis, si negantur.

Videtur quod sic:

Qui habet cognitionem primorum || principiorum, potest probare et posteriora, si sibi negantur; sed metaphysica habet cognitionem primorum principiorum; ergo etc.

Item, non cognoscuntur prima principia complexa scientiarum specialium nisi cognoscantur termini ex quibus componuntur, quia principia complexa cognoscimus in quantum terminos cognoscimus, primo Posteriorum; sed metaphysicus cognoscit terminos et habet docere maxime naturam istorum terminorum.

Contra:

1. Qui non potest considerare entia specialia, sed ens in quantum ens et eius primas differentias, non potest probare principia specialium scientiarum; sed metaphysicus considerat ens in quantum ens; ergo etc.

2. Item, natura est primum principium scientiae naturalis; eam considerare non potest metaphysicus in quantum huiusmodi; ergo etc.

55

Quaestio 12b.

Ad primam quaestionem dico quod nullus artifex potest probare sua principia, si negantur. Qui enim aliquid probare potest, aliquid sibi concedi debet; nunc qui negat artificii sua prima principia, simpliciter nihil concedit. — Dices forte: quid prohibet quod aliquis neget artificii sua principia et naturalis aliqua affirmet quae sequuntur ad sua principia et per illa probat sua principia. Dico quod hoc non est probatio, quia est per posteri-

37 possit] potest *ms.* 40 potest] est *add. et exp.* 59 Dices] dicet *ms.* 60 neget] negat *ms.* 61 affirmet] affirmat *ms.* sequuntur] secuntur *ms. et sic deinceps aliis locis.*

45-46 Aristoteles, Post. Analyt. I (c. 10, 76b 36-37).

ora. Ulterius, si prima principia negata sint principia essendi et cognoscendi omnium posteriorum, tunc illa non possunt probari
 65 per posteriora, cum posteriora debent probari per prima. Si prima principia sint tantum principia cognoscendi posteriorum, tunc non possunt probari prima per posteriora, cum credulitas sit ex notioribus.

1. Ad primum argumentum dico quod qui perfecte <cognoscit
 70 naturam principiorum, potest ea perfecte> determinare in sua virtute, sed si sibi negantur, non sequitur propter hoc quod possit ipsa probare.

2. Ad aliud argumentum dico quod istud principium 'de quolibet affirmatio vel negatio' non est principium metaphysicae,
 75 sed est commune cuilibet scientiae. Aliter dicitur quod metaphysicus non probat istud principium 'de quolibet affirmatio etc.' ex alio quod est manifestius isto principio, sed declarat istud principium aliter, ut apparet ibidem.

3. Ad aliud dico quod non potest probare ipsa per impossibile,
 80 quia negans principia concedit impossibile, concedit etiam omne impossibile quod ad primum impossibile sequitur.

Quaestio 13b.

Ad aliam quaestionem dico quod ea quae dialecticus considerat sunt intentiones communes quae possunt applicari ad terminos cuiuslibet scientiae, sicut ratio generis et speciei et differen-
 85 tia, ita quod ista quae dialecticus per se considerat, aequaliter se habent ad omnes scientias, et ideo possunt applicari in omni scientia speciali. Unde, si procedit ab illis communibus ad principia specialia, litigiose arguit, et quia arguit ex communibus et non ex propriis, ideo opinionem adgenerat, sed non fidem neque
 90 certitudinem, quia non procedit ex quibus res sciri debet. Et ideo

71 virtute] veritate (?) ms. 85 ita] ecce (?) ms. 86 scientias] scientiam ms.

78 Aristoteles, *Metaphys.* IV (Γ, c. 4, 1006a 5 sq.).

82 sq. Cf. Boethium de *Dacia*, *Quaestiones super libros Topicorum* I qu. 2. Ex gratiosis communicatione J. Pinborg. Cf. etiam *Modi significandi* (ed. Pinborg-Roos) 34:44-62.

dico quod dialecticus potest probare principia scientiarum specialium aliqua, certitudinem non faciendo sed opinionem tantum.

Responsio patet per praedicta ad obiecta.

Quaestio 14b.

Ad aliam quaestionem dico quod metaphysicus debet probare principia scientiarum specialium, si negantur. Unde duo sunt ⁹⁵ principia scientiarum specialium: scilicet quaedam sunt communia omni scientiae speciali et non sunt propria alicui scientiae speciali, et huiusmodi principia sunt dignitates. Dignitates vocantur, quia dignum est quod eis credatur propter manifestam veritatem quae est in eis; et communes conceptiones appellantur ¹⁰⁰ et maximae propositiones propter alias causas quae patent, et ista debet metaphysicus determinare. Et causa est, quia dignitates, quae sunt communes omnibus scientiis specialibus, componuntur ex terminis qui non appropriantur alicui scientiae speciali. Cuius probatio est quoniam si appropriarentur alicui, non ¹⁰⁵ essent illae dignitates communes omnibus scientiis specialibus. Et ideo metaphysicus habet determinare ea, ut patet in II° Metaphysicae. Et quia metaphysicus habet docere naturam istorum terminorum ex quibus componuntur principia complexa, ideo ista principia complexa, quae dignitates appellantur, habet metaphysicus ¹¹⁰ determinare. Alia sunt principia propria prima, ut medicinae vel alicuius scientiae particularis, et talia habet metaphysicus determinare, et causa huius est, quia metaphysicus considerat terminos ex quibus huiusmodi principia complexa componuntur, et cognitio terminorum diffinitio est, et diffinitio datur per ¹¹⁵ priora. Et ideo non cadunt cognitiones istorum terminorum in ista scientia speciali, sed extra, et ita ad alium artificem pertinet determinare terminos ex quibus principia complexa, quae sunt scientiae specialis, componuntur, et ista principia similiter habet determinare metaphysicus. 120

98 dignitates¹] dignitatis *ms.* 101 patent] pñt *ms.* 126 non] *in marg.*

95 sq. Cf. Boethium de Dacia, Modi significandi p. 35, 63-70; Quaestiones super libros Topicorum, Proemium.

107 Aristoteles, Metaphys. II (α, c. 1, 993a 30 sqq.).

1. Ad argumentum dico quod non concludit quod metaphysicus non possit probare principia communia, sed solum de principiis primis propriis. — Dices forte quod adhuc argumentum concludit de principiis propriis. Propter hoc dico quod licet metaphysicus entia particularia, in quantum particularia, considerare non habet, habet tamen considerare terminos illorum principiorum qui sunt communes omni scientiae speciali.

2. Ad aliud dico quod licet metaphysicus non possit considerare naturam in particulari, potest tamen considerare terminos communes diffinientes naturam.

Quaestio 15.

Utrum physicus et metaphysicus possint considerare rem eandem

f. 3va **Q**uaeritur utrum physicus || et metaphysicus possint considerare rem eandem.

Videtur quod non:

»Sicut artifices sunt distincti, ita et illa quae ipsi considerant«;
5 sed physicus et metaphysicus sunt distincti; ergo etc.

Item, naturalis considerat substantiam, in qua est motus et status et principium et ea quae pertinent ad ipsam; sed metaphysicus non considerat talem substantiam, quia sic metaphysicus esset physicus.

10 Contra:

1. 7° Metaphysicae determinat Aristoteles de substantia sensibili et determinat generationem eius, quam substantiam considerat physicus.

2. Item, metaphysicus considerat de substantia materiae primae; sed physicus determinat de materia prima, ut patet hic.

3. Item, sicut naturalis est artifex distinctus contra metaphysicum, sic contra mathematicum; sed naturalis considerat ean-

121 sq. Cf. Boethium de Dacia, Modi significandi p. 8, 73-90.

4 Cf. Boethium de Dacia, Modi significandi (ed. Pinborg-Roos), 18:4-5; 41:31; 42:54-55; 44:48-49; 59:41-42; 130:8-9.—Quaestiones super libros Topicorum, Lib. I, Qu. 8 et Lib. VII, Qu. 1 (Erlangen, Cod. 214, fol. 98rb et 136rb).

11 Aristoteles, Metaphys. VII (Z, c. 11, 1037a 13-15).

dem rem quam mathematicus, ut magnitudinem, ut patet libro Caeli et Mundi.

Ad istam quaestionem dico quod metaphysicus solum consi- 20
derat talia quae omnibus entibus particularibus sunt communia
et non quae appropriantur alicui enti particulari. Et haec est
causa: licet intelligentiae sint entia particularia, tamen quia sunt
universales causae entium, ideo metaphysicus eas considerat et
nullus artifex specialis, et ideo solus metaphysicus potest redu- 25
cere effectum in primum principium simpliciter. Et voco causam
universalem quae se extendit communiter ad omne ens et non
aliquod particulare ens. Artifex autem specialis, ut ille qui docet
naturam animalium, determinat propria principia animalis, sup-
ponendo principia communia animalis a metaphysico. Et ideo 30
sequitur corollarie quod nullus artifex specialis sufficienter do-
cet suum scibile, cum omittat communia quae pertinent ad suum
scibile. Et ideo nulla scientia particularis perfecta est sine meta-
physica. Et ideo dico quod sicut artifex specialis, qui docet na-
turam propriam sui scibilis, non potest transgredere ea quae sunt 35
propria sui scibilis, sic nec metaphysicus e converso potest trans-
gredere ad principia scientiae particularis. Unde dico quod phy-
sicus et metaphysicus considerant diversa, possunt tamen esse
in eodem subiecto. Ubi igitur artifex specialis considerat natu-
ram alicuius scibilis propriam, illi scibili insunt aliqua commu- 40
nia, ut unitas et multitudo, quae artificii speciali non competunt,
sed metaphysico. Illud idem apparet in prima materia, quia ma-
teriam, prout subiectum est transmutationis, considerat physi-
cus, substantiam illius materiae considerat metaphysicus, et pa-
tet quod ista duo sunt diversa. 45

1. Ad argumentum dico quod physicus et metaphysicus con-
siderant substantiam sensibilem, diversimode tamen, quia meta-
physicus eam considerat per accidens, quia propter cognitionem
entis separati eam considerat — cum enim metaphysicus scit
quid debetur substantiae sensibili, propter hoc scit quid debetur 50

42-43 materiam] naturam *ms.*

18-19 Aristoteles, De caelo et mundo I (c. 1, 268a 1-6).

substantiae separatae, quae caret materia. Ideo dicit Commen-
tator quod omnia quae determinat a principio Metaphysicae us-
que ad XI. determinat <Philosophus> propter cognitionem entis
primi — sed physicus eam considerat prout subiacet generati-
55 oni et corruptioni.

2. Ad aliud dico quod diversimode considerat physicus et me-
taphysicus materiam primam, quia metaphysicus eam conside-
rat quantum ad substantiam, physicus prout transmutabilis
<est>.

60 3. Ad aliud dico quod magnitudinem mathematicam conside-
rat mathematicus, sed non naturalis, sed naturalis considerat
magnitudinem quae est corpus naturale.

SUBSTANTIAM AUTEM AUT QUALITATEM NON CONTINGIT ESSE INFINITAM...

Quaestio 16.

Utrum substantiae de se conveniat partibilitas vel infinitas

Quaeritur utrum substantiae de se conveniat partibilitas vel
infinitas.

Videtur quod sic:

5 1. Illud quod de se caret termino est infinitum; sed substan-
tia termino caret; ergo etc.

2. Item, potentia infinita non potest esse nisi substantiae in-
finitae, quia »in subiecto finito non potest esse potentia infinita«,
ut dicitur 8° huius; sed potentia primi principii est infinita, quia
10 primum principium movet per infinitum tempus, quare substan-
tia sua est infinita.

3. Item, sicut quantitas est in materia, sic medietas quanti-
tatis est in parte materiae; sed materia substantia est; ergo sub-
stantiae, in eo quod substantia, convenit partibilitas.

51 quae] quia *ms.* caret] carent *ms.* 56 considerat] principia *add. et exp.*

2 conveniat] convenit *ms.* 8 finito] infinito *ms.* potentia] substantia *ms.*

51-54 Averroes, Metaphys. XI (= XII), Proemium (Opera, Vol. VIII [Vene-
tiae 1574], fol. 289v).

1 Aristoteles, Phys. I (c. 2, 185a 34).

8-9 Aristoteles, Phys. VIII (c. 10, 266a 24-26; b 5-7).

Dices forte quod <si> quantitati convenit partibilitas, et materiae sibi subiectae convenit partibilitas, quia quantitas partibilis non potest esse in subiecto indivisibili sive impartibili. Sed tamen quantitati per prius convenit partibilitas quam materiae, et materiae convenit partibilitas per naturam quantitatis sibi inhaerentis, absoluta enim quantitate per intellectum, intellectus ipsius materiae est sicut intellectus cuiusdam indivisibilis. — Contra: quod convenit causae et causato, per prius convenit causae quam causato, Commentator super principium 7. Metaphysicae, et ponit exemplum: natura entis reperitur in subiecto et accidente, et per prius reperitur in substantia, quam in accidente: nam substantia causa est accidentis. Sed partibilitas reperitur in quantitate et materia: materia est causa quantitatis; ergo partibilitas prius inest materiae quam quantitati.

Item, illud quod est causa diversitatis partium in natura quantitatis, hoc est causa partibilitatis; in quantitate sine diversitate partium non est possibilis partibilitas, sed partes materiae sunt causa diversitatis partium in natura quantitatis; ergo partes materiae sunt causa partibilitatis quantitatis.

Item, prius nihil quod sibi est essenziale recipit a posteriori; sed partes materiae essentiales sunt ipsi materiae; ergo materia sed non habet partibilitatem per naturam quantitatis.

Item, illud quod de necessitate et naturaliter praesupponit partes materiae, hoc non est causa partibilitatis in substantia materiae; sed continuum praesupponit partes materiae; ergo continuum non est causa partibilitatis materiae. Minor patet per hoc quod sicut naturaliter et de necessitate quantitas continua praesupponit substantiam materiae, quia non potest esse nisi in substantia materiae, sic partes quantitatis continuae partibilitatem materiae praesupponunt, et non supponunt in duratione, sed naturaliter. ||

45
f. 3vb

19 partibilitas] sibi inhaerentis *add. et exp.* 20 intellectum] unde *add.* 22 convenit²] quam *add. et exp.* 34 nihil] *lectio dubia.* 40 partibilitatis] quantitatis *ms.*

22-23 Averroes, Metaphys. VII, c. 3-4 (Opera, Vol. VIII [Venetiae 1574], fol. 154r-v).

Contra: dicit Aristoteles in littera quod substantiam secundum se non contingit infinitam esse nec finitam nisi quantitates insint.

Item, in 3° huius: »omne divisibile vel est magnitudo vel multitudo«; sed substantia secundum suam essentiam considerata non est magnitudo nec multitudo; ergo etc.

Ad istam quaestionem dico quod aliquando dicitur quod materia non redditur partibilis per naturam quantitatis continuæ, sed ipsa materia de se et secundum naturam propriam est partibilis. Et ratio huius est, quia sicut impossibile est quantitatem
55 continuam esse nisi praesupposita substantia materiae — quia ipsa a materia non potest esse separata — ita quantitas continua non potest esse nisi praesupposita partibilitate ipsius materiae, non in duratione, sed naturaliter. Quae est necessitas quare
60 esse quantitatis praesupponit esse substantiae materiae? Quia esse quantitatis continuæ dependet ex esse partis materiae, et sic partes materiae — non in duratione, sed naturaliter — partes quantitatis praecedunt.

Sed istud non est verum, et ratio huius est: illud quod secundum naturam propriam est alicuius divisionis, manet illius divisionis circumscripto quolibet alio; sed circumscripta quantitate materia partem et partem non habet, et sic non est partibilis secundum partes essentielles.

Praeterea, illud quod partibile est secundum essentiam suam,
70 potest intelligi ut partibile quolibet alio circumscripto; sed ipsa quantitate circumscripta materia non potest intelligi partibilis, nisi intelligatur multum vel magnum, ut vult Commentator.

Propter hoc dicendum est aliter quod materia numquam est partibilis nisi ens sub quantitate. Partibilitas tamen causaliter
75 per prius contingit substantiae materiae quam quantitati. Et dico causaliter, quia non in duratione. Immo dico plus: partibi-

56 quia] *s.l.* 62 non] *s.l.* 65 est] *s.l.*

46-48 Aristoteles, Phys. I (c. 2, 185a 34—b 3).

49-50 Aristoteles, Phys. III (c. 5, 204a 11-12).

52 sq. Cf. Boethium de Dacia, Quaestiones super libros Topicorum IV qu. 3. Ex gratiosiss. communicatione J. Pinborg.

litas causaliter per prius contingit substantiae materiae quam quantitati: sicut esse quantitatis dependet ex materia, sic esse <partibilitatis> quantitatis dependet ex partibus materiae, quia quantitatem esse sine materia impossibile est. Ex quo materia nec 80 de essentia propria nec per quantitatem partibilis est, unde redditur partibilis? Dico quod per agens quod est extra substantiam materiae quod extendit ipsam materiam et quod agens in ea adgenerat quantitatem. Dico ergo quod substantiae ipsi secundum se non convenit partibilitas nec infinitas. 85

1. Ad argumentum dico: quod caret termino, natum tamen habere terminum magnitudinis, hoc <non> est infinitum; sed substantia secundum naturam propriam termino caret magnitudinis, sed secundum se est nata terminum habere, ideo non est infinita. 90

2. Ad aliud dico quod potentia quaedam invenitur in substantia quae est corpus, quaedam in substantia separata. Modo quando dicitur quod potentia infinita non potest esse substantiae finitae: verum est substantiae quae est corpus, potest tamen esse substantiae finitae quae separata est. Ad aliud dico quod 95 infinita est in duratione, sed non in vigore: nullus effectus dicit infinitatem in vigore. Sed quaeritur de infinitate secundum extensionem.

3. Ad aliud dico quod bene concludere potes quod materia est partibilis, sed non quod secundum se est partibilis. 100

Quaestio 17a.

Utrum infinitum sit incognitum

Quaeritur utrum infinitum sit incognitum.

Videtur quod non:

1. Omne diffinibile est cognoscibile, quia diffinitio est maxima cognitio quae potest haberi de re; sed infinitum diffinitur; ergo etc. 5

2. Item, omnis scientia una est duorum contrariorum; finitum et infinitum contrariantur; sed finiti est cognitio, ergo et infiniti.

77 quam] esse *add. et exp.* 84 ipsi] ipse (?) *ms.* 86 tamen] *in marg.*
89 sed] non est nata *add. et exp.* est¹] non est *ms.*

3. Item, Aristoteles libro De Anima: »rectum iudex est sui et obliqui«; sed finitum et infinitum sunt huiusmodi; ergo per finitum cognoscitur infinitum.

Contrarium habetur per litteram.

Item, illud est impossibile cognosci ab anima in quo remanet aliquid comprehendendum post comprehensionem omnem ipsius intellectus; sed <in> infinito post apprehensionem remanet ali-
15 quid comprehendendum; ergo etc.

Quaestio 18a.

Utrum corpus finitum per continuam ablationem suarum partium tandem consumatur

Quaeritur utrum corpus finitum per continuam ablationem suarum partium tandem consumatur.

Videtur quod non:

1. Illud cuius divisio vadit in infinitum, ipsum non consumitur per continuam ablationem suarum partium; sed corpus est
20 huiusmodi; ergo etc.

2. Item, quod nec potest dividi nec in nihil <nec in lineas>, nec in superficies, necesse est illud dividi in magnitudines corporales; hoc non potest dividi in praedicta, quia non componitur ex illis; sed quod necesse est dividi in magnitudines num-
25 quam consumitur.

3. Item, si corpus finitum per ablationem continuam partium consumeretur, tunc in illo corpore finito erit punctus qui <non> est signum divisionis; cum igitur impossibile sit quod sit ibi ali-
30 quis punctus qui <non> sit signum divisionis, relinquitur propositum.

Contrarium videtur in littera.

17 consumatur] consumitur ms. 28 finito] non add. et exp.

8-9 Aristoteles, De anima I (c. 5, 411a 3-4).

11 Aristoteles, Phys. I (c. 4, 187b 7-13).

32 Aristoteles, Phys. I (c. 4, 187b 13—188a 13).

Item, quod non habet partes quantitativas infinitas, per ablationem partium tandem consumitur; sed corpus finitum est huiusmodi, quia si haberet, esset infinitum. 35

Quaestio 17b.

Ad primam quaestionem dico quod aliquid cognoscitur vel privative vel positive. Infinitum privative cognosci potest. Cognoscendo finitum et causam finitatis, circumscribendo illam causam per intellectum ab infinito, cognoscitur privative. Sed positive non cognoscitur, et ratio huius est: quod perfecte cognoscitur, hoc perfecte ab intellectu comprehenditur, quia omne cognitum est in cognoscente; sed infinitum ab intellectu || perfecte non comprehenditur, quia semper post omnem comprehensionem suam remanet aliquid comprehendendum: non enim est possibile pertransire infinitum in comprehendendo. 45

1. Ad argumentum primum dico quod sicut infinitum diffinitur per modum privationis, sic cognoscitur diffinitio sua, cum infinitum est cuius quantitatem accipi etc.

2. Ad aliud dico quod non oportet quod eodem modo illa contraria in illa scientia cognoscantur. Et sic maior vera est, si sic intelligatur, scilicet quod una scientia sit contrariorum. Ratio quare unum contrarium sine reliquo non cognoscitur, quia qui docet aliquod ens, docet per suas causas. Ideo expertus non docet, quia causas ignorat, sed artifex bene potest. Qui autem scit quod huius entis sunt tales causae, scit quod suo contrario sunt 55 causae contrariae.

3. Ad aliud dico quod verum concludit, privative cognoscitur.

Quaestio 18b.

Ad aliam quaestionem dico quod tu potes auferre partes: vel partes eiusdem proportionis vel partes eiusdem quantitatis. Primo modo non consumitur, et ratio huius est, quia quodlibet corpus finitum, quantumcumque parvum, infinitas habet partes in

35 infinitum] Quaeritur utrum possibile sit ponere carnem minimam *add. et per va* — *cat exp.* 38 finitatis] cognoscitur *add.* 61 parvum] *corr. s.l.*

se eiusdem proportionis quae possunt accipi per divisionem, sed infinitae partes non possunt perfecte consumi. Verbi gratia dividatur aliquod corpus in duas medietates, quaelibet ¶sub¶ duplam
 65 proportionem habet respectu totius, et adhuc dividatur alia pars in duas medietates, adhuc erit ¶sub¶ dupla proportio etc. Et sic non mutatur proportio, sed mutatur quantitas. Sed si auferas partes eiusdem quantitatis, sic consumitur, ut secunda pars aequalis sit magnitudinis primae parti, et causa est, quia corpus
 70 finitum infinitas <non> habet partes in se eiusdem quantitatis.

<1. Ad primum argumentum respondebatur superius in solutione>.

2. Ad aliud dico quod non sequitur. Ergo consumitur, quia licet posset dividi in magnitudines eiusdem proportionis, consumitur tamen per ablationem partium eiusdem quantitatis.

3. Ad aliud dico quod si corpus finitum posset totaliter consumi per ablationem partium eiusdem proportionis, necesse esset quod esset aliquis punctus qui non esset signum divisionis, quia tunc staret divisio vel corpus esset ex indivisibilibus. Licet consumatur per ablatas partes <eiusdem quantitatis>, non oportet propter hoc quod sit talis punctus qui non sit signum divisionis, vel esset corpus compositum ex indivisibilibus.

Quaestio 19.

Utrum contingat ponere corpus homogeneum minimum, ut carnem minimam

Quaeritur utrum contingat ponere corpus homogeneum minimum, ut carnem minimam <vel ignem minimum>.

Videtur quod non:

Illud non potest poni minimum cuius divisio vadit in infinitum; sed divisio corporis homogenei est huiusmodi; ergo etc.

Item, detur ignis quem dicis minimum, ipse est quantus, ergo divisibilis, quia in omni quanto est punctus inter extrema, et omne punctum inter extrema signum est divisionis, tunc aut dividitur in ignem, aut non <in> ignem; si dividatur in ignem, non
 10 fuerit minimus; si non in ignes, sic componitur ex non igne.

77 eiusdem] quantitatis add. et exp.

Item, 3° Caeli et Mundi: »omne grave gravius« et omne gravius maius est sua parte; sed quod est maius sua parte non est minimum: data quacumque aqua, gravis est et maius sua parte, ergo non est minima.

Item, non est possibile sumere naturam quantam et minimam, ¹⁵ et in qualibet parte materiae generabilis est forma ignis, quia quaelibet pars materiae eiusdem naturae est cum suo toto; quare non est dare ignem minimum, et sic de aqua et de aliis.

Item, in quacumque quantitate potest esse forma ignis in suo toto, in eadem quantitate potest esse extra suum totum circum- ²⁰ scripto corrumpente; sed non est adeo parva quantitas materiae signabilis in igne quin in ea sit forma ignis, et sic de aqua. Quare non est dari ignem minimum neque aquam, et sic de aliis.

Item, non contingit dari ignem maximum, quia dato igne maximo contingit ipsum augmentari appposito combustibili: si ignis ²⁵ enim minor se auget appposito combustibili, ergo ignis maior multo fortius.

Item, Aristoteles libro De Sensu et Sensato dicit quod »divisio sensibilis virtute procedit in infinitum, sed non actione«; sensibile virtute corpus naturale est, ergo divisio corporis naturalis ³⁰ vadit in infinitum; sed corpus homogeneum est corpus naturale; ergo etc.

Item, illud quod per se et de necessitate contingit continenti, hoc de necessitate contingit cuilibet contento: quod enim per se <contingit> animali, et homini; sed sequitur 'ignis ergo conti- ³⁵ nuum'; per se et de necessitate contingit continuo dividi in infinitum, ergo et igni.

Contrarium est:

1. In littera: quod carni determinata est quantitas et ad ma-
gis et ad minus.

40

16 generabilis] *nonne scribendum* ignis? 23 minimum] et *add.* 33 contin-
git] cuilibet *add. et exp.* 34 contento] continenti *ms.*

11 Aristoteles, De caelo et mundo, III (c. 1, 299a 31—b 1).

28-29 Aristoteles, De sensu et sensato (c. 6, 445b 3-20).

39 Aristoteles, Phys. I (c. 4, 187b 20-21).

2. Item, secundo De Anima: »omnium natura constantium
(est terminus in augmento et magnitudine) etc.

Ad istam quaestionem aliquando dicitur quod non contingit
ponere ignem minimum in esse, sed quolibet igne posito contin-
45 git ponere minorem; sed ignem minimum in actione contingit ac-
cipere, et est huiusmodi ignis quod si minor accipiat, non ha-
bebit actionem ignis. — Sed istud non videtur: Primo ex 4° Me-
teorum ante illam partem »terra pura (non fit lapis)« dicente:
cuiuslibet corpori naturali debetur aliqua actio in quam si non po-
50 test, non est naturale nisi aequivoce, || ut patet de oculo: qui non
f. 5rb potest in operationem suam non est oculus. Sic igitur de igne:
si non contingit sumere ignem minimum in esse, nec in actione.
Praeterea, accipiat ignis quem dicis minimum in actione ita
quod ignis non possit in operationem ignis, iste non est minimus.
55 Dividatur ergo iste, divisus non potest in operationem suam. Sit
tunc inferius in mundo iste ignis, aut quiescit aut movetur ad
locum. Non potest quiescere, quia non violenter, quia non est
aliquid quod facit violenter; nec naturaliter, quia illic quiescit
naturaliter ad quod movetur naturaliter, sed non movetur ignis
60 ad inferius mundi naturaliter, ergo non quiescit ibi; movetur
ergo ignis. Ergo secundum (hoc) nec erit ignis minimus nec in
esse nec in actione.

Propter hoc aliter dixerunt quod contingit accipere ignem mi-
nimum non solum in actione, sed in esse, quia si dividatur, non
65 est ignis, sed corrumpitur natura ignis. Et ratio eorum fuit, quia
forma ignis quantitatem sibi determinat in qua minor esse non
potest. — Sed contra hoc sic: omnis corruptio a contrario est,
in libro De morte et vita; sed dividens sive divisio non contra-
riatur igni, ergo ignis non corrumpitur per hoc quod ipse dividi-
70 tur. Item, impossibile est corruptio corporis simplicis absque ge-
neratione alterius corporis simplicis: si enim corrumpitur ignis

41 Aristoteles, De anima II (c. 4, 416a 16-17).

47-50 Aristoteles, Meteor. IV (c. 12, 389b 24—390a 13).

48 Pseudo-Aristoteles, De mineralibus, appendix ad Meteor. IV.—Cf. etiam Boethium de Dacia: Quaestiones super librum quartum Meteororum (Roma, Bibl. Angelica, Cod. 560, fol. 105ra).

67-68 Aristoteles, De longit. et brev. vitae (c. 3, 465b 7-9).

et non generatur aliud, remanet materia nuda quod est contra Aristotelem primo De generatione. Cum igitur dividens ignem non potest aquam vel terram generare in eo quod dividit ignem, ergo dividens ignem non corrumpit ignem. 75

Respondetur forte: cum accipitur ignis minimus in esse, tanta est virtus eius quod potest resistere elemento extrinseco corrumpenti. Sed cum dividitur, quaelibet pars divisa minoris virtutis est, et corrumpitur quaelibet pars ignis ab elemento continente, et sic continens generabit formam suam in partibus materiae. — 80
Si sic opponitur, <arguo> aliter: loquamur de igne in se circumscripto elemento continente, si designetur minimum in esse, quantus est, dividatur ergo. Si in sua divisione corrumpitur, iam erit corruptus sine generatione, et non potest dici quod dividens generet aquam vel terram etc., et sic corruptio sine genera- 85
tione, et erit materia nuda.

Propter hoc aliter dicitur quod non contingit ponere ignem minimum inspiciendo ad naturam ipsius ignis. Et hoc declaratur sic: si contingit ponere ignem minimum, ponatur ille ignis, et est quantus, quia corpus, ergo divisibilis, quia omne quantum 90
divisibile, 5° Metaphysicae. Quantum dividitur in res quae sunt in eo: aut igitur ignis dividitur in ignes, aut in duas partes materiae, aut in nihil, aut in corpora alterius speciei. Si in ignem dividitur, non fuerit minimus. Si in duas partes materiae etc., tunc sequitur quod substantia materiae actualiter separata sit a qualibet 95
forma quod est contra Aristotelem primo De Generatione. Similiter sequitur quod erit corruptio corporis simplicis sine generatione alterius corporis simplicis. Si in nihil, tunc sequitur quod substantia materiae quae est ingenita et incorruptibilis, facta sit nihil, quod est impossibile. Similiter sequitur aliud inconveniens 100
quod ignis componatur ex nihilo, quia ex hiis componitur in quae dividitur. Si in corpora alterius speciei, ut in aquam vel aliquod huiusmodi, sequitur quod erit generatum sine generante,

80 materiae] contra circumscribamus elementum continens *add. et per va* —
cat *exp.* 84 corruptus] corpus (?) *ms.*

72-73 Aristoteles, De gener. et corrupt. I (c. 5, 320b 16-17; 321a 6-7).

90-91 Aristoteles, Metaphys. V (Δ, c. 13, 1020a 7).

95-96 Aristoteles, De gener. et corrupt. I (c. 5, 320b 16-17; 321a 6-7).

quod est inconveniens: licet dividens dividere possit, generare
 105 non potest. Ergo ignem minimum non contingit ponere. Si dicas
 quod iste minimus ignis, cum indivisus est, tantae virtutis est,
 ut elemento corrumpenti continente possit resistere, statim di-
 visus quaelibet pars minoris virtutis et corrumpitur ab extrin-
 seco, hoc est exclusum, quia loquor de natura ignis in se, et uni-
 110 versaliter dico: nullum corpus homogeneous potest esse mini-
 mum. Praeterea, agens habens virtutem generandi corpus simi-
 lis speciei sibi praesente passivo facit hoc; sed ignis, quantum-
 cumque ipsum, est in potentia ad formam ignis, quia eiusdem
 naturae est totum et quaelibet pars, ergo non est ignis minimus.
 115 Et hoc verum est.

1. Ad argumentum dico quod hoc est non propter naturam
 carnis vel ignis in se quin possit dividi in infinitum, sed quia
 contingit talem ignem ponere qui si dividatur, corrumpitur per
 elementum contrarium sive continens quod corrumpit partes eius
 120 circumscripto contrario agente extrinseco.

2. Ad aliud dico quod verum est, quia omne corpus quod aug-
 mentatur continetur infra caelum, et illud non potest augmen-
 tati in infinitum quod includitur infra caelum, sed tamen ali-
 quod corpus, quantum de se est, potest augmentari in infinitum.

Quaestio 20.

Utrum contingat ponere ignem maximum

Quaeritur utrum contingat ponere ignem maximum.
 Videtur quod sic:

1. Aristoteles dicit: »omnium natura constantium est termi-
 nus in augmento et magnitudine«; sed ignis est corpus naturale.
- 5 2. Item, in 3° huius: »de infinito contingit excedere in ponendo
 multitudinem, non tamen contingit excedere apponendo magni-
 tudinem«; sed si non contingeret ponere ignem maximum, in ap-
 ponendo contingeret excedere omnem magnitudinem.

1 contingat] contingit *ms.*

3-4 Aristoteles, De anima II (c. 4, 416a 16-17).

5-7 Aristoteles, Phys. III (c. 7, 207b 1-5).

3. Item, si non, ergo magnitudo maior esset possibilis quam sit magnitudo caeli; hoc est falsum, quia haec est maior, ut vult 10 Aristoteles.

Contra, illud corpus quod potest convertere corpus alterius || f. 5va speciei in sui naturam, non potest poni maximum, quia convertendo in naturam alterius speciei se augmentat; sed ignis qui ponitur maximus; corpus alterius speciei, ut combustibile, con- 15 vertit in sui naturam. Quia illud facit minor ignis, ergo ignem maximum non contingit ponere.

Item, illud non potest poni maximum cuius naturae non repugnat additio corporis eiusdem speciei; sed igni quem ponis maximum, non repugnat additio corporis eiusdem speciei. Maior pa- 20 tet, quia si esset maximus, non posset maiorari.

Ad istam quaestionem dico quod inspiciendo ad naturam ignis, non contingit eum ponere maximum: non enim contingit tantum ignem ponere quod quaedam maior quantitas sibi repugnet, quia non sibi repugnat conciliari alteri corpori eiusdem spe- 25 ciei quantumcumque magnum ignem ponis; ergo non erit maximus.

1. Ad argumentum dico quod terminus est in magnitudine ignis non propter naturam ignis vel corporis, sed quia huiusmodi corpora elementaria sunt inclusa infra caelum quod non est aug- 30 mentabile; inspiciendo tamen ad naturam ignis, non est terminata quantitas ad maius.

2. Ad aliud dico quod non contingit excedere omnem magnitudinem, quia omnis magnitudo cui possibilis est additio, est inclusa infra caelum, sed tamen sibi, quantum est de natura pro- 35 pria ipsius magnitudinis, bene contingit.

3. Ad aliud dico quod <quia> ignis concluditur infra caelum, non contingit ponere ignem maximum; quantum est de natura ignis, bene possibilis est magnitudo maior quam magnitudo caeli.

DE TOTO AUTEM ET DE PARTE...

*Quaestio 21a.**Utrum totum et pars sint idem*

Quaeritur utrum totum et pars sint idem.
Videtur quod pars non differat a toto:

1. Quia quae non habent differentiam non differunt; sed totum et pars sunt huiusmodi, quia solus actus dividit, et actus solius totius est.

2. Item, si totum differret ab una parte, eadem ratione etiam ab alia, et ita a qualibet; sed totum nihil est nisi suae partes secundum congregationem, ergo differret a se.

10 3. Item, quaecumque solo accidente differunt, ipsa sunt idem substantialiter; sed totum et pars sunt huiusmodi, quia magnitudine totius et partis circumscripta totum et pars penitus sunt idem; sed magnitudo est accidens toti et parti.

Contra: »quaecumque uni et eidem sunt eadem etc. <inter se
15 sunt eadem>«; sed si ista pars esset idem toti, et quaelibet alia, ita istae partes essent idem inter se et ita totum esset indivisibile, et sic totum non esset totum, quia totum, in quantum totum, distinctionem partium habet.

Item, si sic essent eadem, tunc posita parte poneretur totum,
20 quod non videtur.

Item, quaecumque sunt eadem simpliciter, eadem de ipsis praedicantur; si totum et pars essent eadem <***> sed pars est minor toto, ergo totum minus toto, et cum totum est maius sua parte, erit maius toto.

*Quaestio 22a.**Dato quod ens sit unum tantum utrum sit mobile*

25 Quaeritur, dato quod ens sit unum tantum, utrum sit mobile.
Videtur quod non:

1. Omne quod est mobile, de necessitate est mobile ad terminum a se essentialiter differentem, quoniam mobile essentialiter

13 et] s.l. 22 eadem] quia magnitudine totius et partis circumscripta add.
et per va --- cat exp.

1 Aristoteles, Phys. I (c. 2, 185b 11).

differt a termino; sed si ens est tantum unum, non est aliquid quod a se differat; ergo etc. 30

2. Item, nihil est mobile nisi per motorem a se distinctum: ens enim in potentia non vadit ad actum sine motore; sed si ens est tantum unum, non est motor ab eo distinctus, et ita erit immobile.

3. Item, qui tollit potentiae posse poni in actum, de necessi- 35
tate tollit omnem transmutationem; sed qui ponit ens esse tantum unum, est huiusmodi; ergo non contingit aliquam transmutationem fieri, quia potentia non potest poni in actum sine motore et termino motus.

Contra: unumquodque mobile est propter potentiam passivam 40
quam habet in se respectu alicuius actus; sed si ens est tantum unum, nihil prohibet ens tale huiusmodi habere potentiam, quia unitas entis et potentia passiva non repugnant; ergo etc.

Quaestio 23a.

Utrum infinitum possit alterari

Quaeritur utrum infinitum possit alterari.

Videtur quod non: 45

1. Primo De Anima: »omnes motus sunt in loco«; sed infinitum locari non potest, quia quod locatur ad continens suum terminatur; sed infinitum non etc.

2. Item, illud quod alteratur, in eo aliqua virtus corrumpitur; virtus corporis infiniti non corrumpitur, quia est infinita, et vir- 50
tus infinita non corrumpitur.

3. Item, omne quod alteratur ad aliquid transmutatur, quia omnis alteratio est aliqua transmutatio; sed infinitum non potest transmutari ad aliquid, quia in se comprehendit omnia, et extra infinitum nihil est. 55

Contrarium habetur in littera.

40 Contra] Item *ms.* 42 tale] talem *ms.*

46 Aristoteles, De anima I (c.3, 406a 16).

56 Aristoteles, Phys. III (c.4, 203b 7-8).

*Quaestio 24a.**Utrum omnia sint unum in materia*

Quaeritur utrum omnia sint unum in materia.

Videtur quod non:

Quaecumque sunt unum in materia, sunt ad invicem trans-
mutabilia; non omnia sunt ad invicem transmutabilia, ut cor-
pora caeli cum istis inferioribus.

Item, quaecumque communicant in materia, sunt generabilia
et corruptibilia; sed non omnia sunt generabilia et corruptibi-
lia.

Item, cum materia sit natura, ut habetur secundo huius, tunc
quae communicant in materia sunt naturalia; sed non omnia en-
tia sunt entia naturalia, quia tunc omnis scientia est scientia na-
turalis.

Contrarium habetur in littera, »impossibile est omnia esse u-
num nisi in quo«.

Quaestio 21b.

Ad primam quaestionem dico quod duae partes in aliquo toto
in materia differunt: non enim est materia tota in totius una
parte. Similiter duae partes totius differunt in magnitudine: non
enim est tota magnitudo totius in una parte, sed alia in una et
in alia. Differunt etiam in forma quae debetur partibus, quia
non est forma totius in una parte, et quia una pars sit differens
ab alia parte, ideo ipsa differt a toto quod illam partem com-
prehendit. Nec differt pars a toto nisi quia una pars differt ab
alia quam totum comprehendit, et si pars una ab alia parte non
differret, nec pars ab ipso toto differret. Pars tamen idem est
toti in actu et in forma, quia actus et forma, quam pars parti-
cipat, inest toti primo et per se, et est totius. Et ideo pars est
idem toti in omnibus consequentibus ipsum totum, ut in motu

72 totius] tota *ms.* 76 differens] differunt *ms.*

65 Aristoteles, Phys. II (c.1, 193a 28-30).

69 Aristoteles, Phys. I (c.3, 186a 19).

et in aliis. Et sic est pars idem toti et diversa a toto. Et quia actus et forma, quam pars participat, est totius primo et per se, ⁸⁵ ideo ad positionem partis sequitur positio totius: sequitur enim 'digitus, ergo est animal', quia digitus ablatus ab animali non est digitus, quia non habet actum digiti, et non est pars nisi aequivoce. Et hoc est tam in naturalibus, quam in artificialibus. Quare sequitur: 'est oculus, ergo est animal'; 'est paries, ergo <est> ⁹⁰ domus'.

Per hoc patet solutio ad obiecta, quia procedunt suis viis.

Quaestio 22b.

Ad aliam quaestionem dico quod ista stant simul quod ens sit unum et quod || sit mobile, sed ista non stant simul quod ens ^{1. 5vb} sit tantum unum et quod sit mobile. Ratio primi est: unitas ⁹⁵ ens et potentia passiva non repugnant: ens enim et potentia passiva non sunt duo, et omne quod habet potentiam passivam mobile est, quia potentia passiva principium transmutationis est, 9^o Metaphysicae. Causa secundi est, quia ens in potentia numquam de se vadit ad actum, quia si sic, omnia sine agente trans- ¹⁰⁰ mutarentur quod est inconveniens. Huius similiter est alia ratio, quia omne quod movetur, movetur ad terminum a se essentialiter distinctum. Si ens esset tantum unum, non esset terminus distinctus a mobili. Dico ergo quod ens est mobile, et si sit tantum unum. 105

1. Ad argumentum in contrarium dico quod non concludit nisi quod ens non moveretur. Sed non possit concludi per illud argumentum quod ens tale non esset mobile, quia non exigitur quod iste terminus ad quem sit mobile <sit>, sed quod iste terminus possit esse. Ut ego sum mobile ad grammaticam, non oportet quod grammatica sit, sed quod grammatica possit esse. ¹¹⁰

2. Ad aliud argumentum dico: quod tale ens non movetur,

⁸⁹ Quare] quia *ms.* ⁹⁵ mobile] *responsiones ad rationes huic solutioni congruere non videntur.* ¹⁰⁰ vadit] non vadit *ms.*

⁹⁸ Aristoteles, Metaphys. IX (Θ, c.1, 1046a 4-15).

bene conclusum est, sed non potest concludi quod huiusmodi ens sit immobile.

- 115 3. Ad tertium dico quod maior vera est, sed minor falsa est, quia non tollit potentiam posse poni in actum, sed tollit potentiam poni in actum. Hoc igitur aurum est in potentia ad fiolae formam, si numquam sit forma fiolae, tamen ipsa potentia, quantum de se est, poni potest in actum, et sic nihil prohibet poten-
120 tiam posse etc.

Quaestio 23b.

Ad aliam quaestionem dico quod infinitum omnibus modis hoc non potest alterari: in quo enim nulla penitus est carentia, alterari non potest: quomodo esset illud alterabile in quo non est privatio termini cuiuslibet alterationis? Sed in infinito omnibus
125 modis non est privatio termini alicuius alterationis. Sed infinitum in magnitudine nihil prohibet alterari, quia non est infinitum omnibus modis, quia non prohibet in eo esse aliquam carentiam et privationem alicuius.

1. Ad argumentum dico quod maior veritatem habet, quia
130 omnis motus est in corpore quod non potest moveri nisi in loco. Sed musica, albedo, quia locantur in eo quod corpora in quo sunt ut in loco; et quia infinitum locari non potest, ideo non oportet quod motus quo movetur corpus infinitum esset in loco.

2. Ad aliud argumentum dicendum quod, licet tota virtus totius corporis infiniti corrumpi non potest, sed quia non quidlibet illius corporis infiniti infinitum est, ideo virtus alicuius partis corporis infiniti corrumpi potest.

3. Ad tertium patet per praedicta, quia quod est infinitum omnibus modis, alterari non potest. Sed si intendis de infinitis
140 in magnitudine, falsum est, quia possunt quaedam partes illius magnitudinis transmutari et alterari.

Quaestio 24b.

Ad aliam quaestionem dico quod non omnia entia communicant in materia, quia non omnia entia habent materiam. Si enim

omnia entia materiam haberent nullum ens esset, quod sic patet: omne ens habens materiam est factum habens aliam causam, et si omne ens haberet materiam, omne ens esset factum, et ita prima causa non esset, et sic nihil. Nec etiam corpora communicant unam naturam materiae: corpus enim caeli de necessitate materiam habet, dimensiones et virtutes caelorum, per quas alterant mundum inferiorem, non sunt abstractae, immo substantiam habent. Et iterum, Aristoteles 2° Metaphysicae: »in omni re mota oportet materiam imaginare«, sed caelum est res mota. Nec movet aliquem quod dicitur in De Substantia Orbis: quod in corporibus supracaelestibus non sit materia, intelligendum est de materia quae est causa generationis et corruptionis, et hoc est verum. Non tamen est una materia in corruptibilibus et supracaelestibus. Quaecumque enim habent unam naturam materiae, ad invicem transmutantur. Et causa est: ex quo duo corpora habent materiam unam, ex eo utraque materia habet naturam unam, et sic ex una transmutari potest in aliam. Et sic, sicut corpora caelestia in haec inferiora transmutabilia non sunt, quod elongata sunt ab istis, ut dicitur in De Caelo et Mundo, <non communicant in materia>. Et iterum, nulla una natura potest esse de substantia rei generabilis et rei aeternae, et ratio huius: omnis illa res quae est de substantia rei corruptibilis, est ipsa res corruptibilis, vel est causa eius corruptionis, sicut forma causa corruptionis. Ergo, si ista res esset de substantia rei aeternae, tunc res aeterna esset corruptibilis, quod est inconveniens, quia nullum corruptibile est aeternum. Ex his ergo apparet, quod non omnia communicant in materia, omnium tamen corporum, quae sub orbe sunt, est una materia, et ideo quodlibet eorum ex altero generabile est, quia illa natura materiae, quae invenitur in re naturali, sicut nullam formam determinat, sic nulli repugnat.

152 imaginare] ymaginare *ms.* 157 et] *s.l.* 159 eo] quo *ms.*

151 Aristoteles, Metaphys, II (a, c.2, 994b 25-26).

154-155 Averroes, De substantia orbis, c.6 (Opera, Vol.IX [Venetiae 1573], fol. 11 sqq.).

161-162 Aristoteles, De caelo et mundo I (c.2, 269b 14-17; c.3, 270a 12-14).

175 Ad argumentum dico quod »omnia communicant in materia«
dicitur in littera secundum opinionem aliquorum quae falsa est.

Quaestio 25a.

Utrum prima principia sint contraria

Quaeritur utrum prima principia sint contraria.
Videtur quod non:

1. Omnia contraria sunt in eodem genere; si igitur prima principia sint contraria, erunt in eodem genere; igitur cum genus sit
5 prius omnibus quae sunt in genere, tunc principiis primis aliquid est prius, quod est inconveniens.

2. Item, si sint contraria, erunt accidentia: substantia enim nulli contrariatur; sed accidentia habent aliud principium, sed
<prima> principia ante se non habent aliud principium; ergo etc.

10 3. Item, primum compositum componitur ex principiis primis; nihil autem componitur ex contrariis: contraria enim incompossibilia sunt; ergo prima principia etc.

Contra: principia non sunt ex aliis ex quo prima sunt, nec ex alterutris, sed omnia ex istis, quia prima principia sunt; sed is-
15 tae tres conditiones sunt contrariae, ut patet intuenti.

Item, termini primae transmutationis sunt principia naturae; sed illi sunt contrarii; ergo etc.

Quaestio 26a.

Utrum prima principia naturae sint in genere substantiae

Quaeritur utrum prima principia naturae sint in genere substantiae.

20 Videtur quod sic:

Substantia est prima res generabilis: sicut omnia entia ex substantia dependent, ita et generatio eorum, et cum prima principia generationis sint prima principia naturae, ergo prima principia sunt in genere substantiae.

5 genere] et *add. ms.* 11 autem] enim *ms.*

Item, in omni genere est prima contrarietas, ergo in genere ²⁵
 primo est prima contrarietas; sed substantia est primum genus,
 ergo in ipsa ¶sunt principia prima; extrema autem contrarietatis
 sunt principia contraria; sed prima contraria sunt prima princi-
 pia; ergo etc. ||

f. 6ra

Item, principia primi entis sunt prima principia; sed substan- ³⁰
 tia est ens primum; ergo prima principia sunt in genere substan-
 tia, quia primum est ens.

Contra:

1. Prima principia sunt contraria, et substantiae nihil est con-
 trarium. 35

2. Item, 4^o Meteororum: »gignunt calidum et frigidum unum-
 quodque materiam vincens proportionaliter; illa autem sunt
 prima principia quae sunt prima principia cuiuslibet generatio-
 nis; sed calidum et frigidum sunt, et ista non sunt in genere sub-
 stantiae. 40

Quaestio 27a.

Utrum prima principia sint privatio et habitus

Quaeritur utrum prima principia sint privatio et habitus.

Videtur quod non:

1. Prima principia sunt in eodem genere; sed privatio non est
 in genere.

2. Item, ex primis principiis generatur unumquodque; sed pri- ⁴⁵
 vatio non confert ad generationem, quia non active — non enim
 habet virtutem activam — nec passive, quia non habet virtutem
 passivam in eo quod est non-ens.

3. Item, album generatur ex non-albo, non ex quolibet non-
 albo, sed ex non-albo quod est nigrum vel medium; nigrum au- ⁵⁰
 tem et album non sunt privativa, sed contraria.

Contra: alterum principiorum debet esse principium per acci-
 dens; sed forma non est per accidens; ergo etc.

27-29 sunt — principia] conclusio non valet. 37 materiam] naturam ms.

36-37 Aristoteles, Meteor. IV (c.1, 379a 1).

Item, illa sunt prima principia per se, quae per se et de neces-
 55 sitate sunt termini cuiuslibet transmutationis; de necessitate ad
 aliquem terminum sit incipere a privatione illius termini, sed
 huic termino alius est contrarius, ut forma.

Quaestio 25b.

Ad primam quaestionem dico: Si quaeritur de principiis per
 se rei generatae, non sunt contraria: nam omne generatum com-
 60 positum est, sicut 7° et ultimo Metaphysicae probatur et in primo
 huius dicitur, et principia prima sunt rei generatae, quae ipsam
 componunt, et talia non sunt contraria, quia contraria sunt in-
 composibilia, sed sunt subiectum et forma illud compositum
 componentia, quare subiectum et forma non sunt contraria. Si
 65 quaeras de principiis generationis a quorum uno incipit genera-
 tio et ad alterum terminatur, sic largo modo sumendo contra-
 ria, sunt contraria. Nam generatio est quaedam transmutatio,
 quae transmutatio est a contrario in contrarium. Per hoc patet
 solutio ad obiecta.

70 1. Ad argumentum dico quod ratio deficit. Genus enim prae-
 cedit omnia quae sunt in illo genere, et non est res aliqua prae-
 cedens. Substantiam enim genericam non est aliqua una res prae-
 cedens, <***> sed res aliqua: nomen enim substantiae a commu-
 niori sumptum est quam sit nomen speciei. Ideo, licet genus
 75 praecedat prima principia, non potest concludi quod aliqua res
 praecedat, quia ratio procedit de genere quod praecedat illa quae
 sunt in genere.

Item, licet prima principia quae sunt contraria, non possint
 aliquod principium praecedere quod eodem modo principiat sic-
 80 ut ipsa principiant, tamen ante se habent aliud principium in
 alio genere principiandi. Materia enim praecedat omnia princi-

51 privativa] principia *ms.* 76 praecedit] procedit *ms.*

60 Aristoteles, Metaphys. VII (Z, c.8, 1033b 8-19).

Aristoteles, Metaphys. XII (Λ, c.3, 1069b-1070a 1).

Aristoteles, Phys. I (c.7, 190b 11).

pia prima quae sunt contraria. Contrariis enim oportet praesupponi aliam naturam, et illa est materia, ut dicitur in littera. Licet principia prima contraria non sint ex aliis prioribus contrariis, sunt tamen ex aliquo priori quod nulli contrariatur, ut ex 85 materia. Dependet enim esse eorum ex alio.

2. Ad secundum dicendum quod accidentia proprie dicta sunt contraria et prima principia non contraria sunt proprie dicta, et dato quod sic, non est inconveniens quod ratio concludit, scilicet quod ante principia sit aliud principium in alio genere principiandi. 90

3. Ad tertium dicendum quod non sunt principia in eodem genere principiandi, et bene concludis quod principia quae componunt rem genitam, non sunt contraria. Unde principia quae manent in genito, quae non solum sunt principia generationis, 95 sed geniti, non sunt contraria.

Quaestio 26b.

Ad aliam quaestionem dico, loquendo de principiis generationis et geniti: sunt in genere substantiae et primum genitum est substantia. Omnis generatio sequitur generationem substantiae et omne genitum sequitur substantiam: sicut omne ens reduci- 100 tur ad substantiam sicut ad causam suam, sic generatio omnis entis ad generationem substantiae sicut ad causam suam. Et ideo prima principia omnia cadunt in genere substantiae.

1. Ad primum argumentum dico quod prima substantia contraria est alicui sicut dicunt esse contraria, quia proprie non sunt 105 contraria.

2. Ad aliud dico quod quae sunt universaliter principia prima omnium, sunt in genere substantiae; sed calidum et frigidum non sunt huiusmodi.

Quaestio 27b.

Ad tertiam quaestionem dico quod principia prima sunt habi- 110 tus et privatio sibi opposita. Ista sunt prima principia cuiuslibet secundum naturam, nam per se et de necessitate subiectum

generationis debet esse carens termino generationis, aptum tamen ad terminum generationis, quia si non esset aptum, non
 115 transmuta<re>tur. Non quaelibet carentia est huiusmodi, sed carentia in subiecto apto, quia omnis generatio incipit a carentia, quae est in subiecto apto ad terminum illius transmutationis. Et ideo forma et privatio sunt sicut habitus et privatio. Subiectum autem aliud genus est. Omnis enim generatio et trans-
 120 mutatio privationem in subiecto praesupponit termini ad quem vadit. Quia tamen semper vel ut frequenter ista privatio non est in subiecto sola sine altero contrario, ideo principia saepe ab Aristotele dicuntur contraria. Ideo dicit quod generatio ex contrario est.

125 1. Ad argumentum dico quod privatio est in genere per reductionem sui habitus, ut privatio substantiae reducitur ad genus substantiae et privatio accidentis reducitur ad genus accidentis per suum habitum.

2. Ad aliud dico quod privatio confert ad generationem, quia
 130 confert passive, et cum dicitur quod non est in eo virtus passiva, dico quod materia confert passive ad generationem, sed ipsa numquam conferret passive <nisi> quia in eo sit potentia passiva.

3. Ad aliud dico quod album generatur ex non-albo quod est nigrum vel medium non propter hoc quod nigrum vel medium,
 135 sed quia medium vel nigrum important subiectum in quo album habet generari.

Quaestio 28a.

Utrum in rebus naturalibus sit aliqua materia

Quaeritur utrum in rebus naturalibus sit aliqua materia.
 Videtur quod non:

1. Philosophus non debet concedere id cuius nullam habet cognitionem per sensum vel intellectum, nam si sic, planta est
 5 in tali dispositione; nunc autem de materia prima nullam po-

119 enim] privatio *add. et exp.* 134 medium¹] medio *ms.*

5 autem] ut *add. et exp.*

122-123 Aristoteles, Phys. I (c.5, 188a 19-30).

test habere cognitionem: <non per sensum>, quia per sensum in sensibile; nec per intellectum, quia nihil est in intellectu nisi prius fuerit in sensu; sed materia numquam fuit in sensu.

2. Item, corpus caeli corpus naturale est; sed in ista substantia non invenitur materia, ergo nec in aliis. 10

3. Item, non ponitur materia in rebus naturalibus nisi ut ipsa sit subiectum formarum naturalium; sed propter hoc non oportet ponere materiam: nam una forma potest esse alterius subiectum, ut perspicuum potest esse subiectum luminis.

Contra: Commentator in libro primo: sicut actio docuit formam, sic transmutatio materiam; sed in rebus naturalibus ad sensum apparet transmutatio; ergo etc.

Item, transmutatio est impossibilis sine potentia passiva: || f. 6rb
omne enim quod transmutatur de necessitate debet esse in patiente in termino ad quem transmutatur; potentia passiva non 20 est sine materia; ergo etc.

Item, transmutatio non est possibilis sine privatione: quod enim incidit ad terminum, praeius privatur illo; sed privatio non est possibilis sine subiecto et materia, ergo transmutatio <non> est possibilis sine subiecto et materia. 25

Quaestio 29a.

Utrum materia prima sit facta non certo utrum de novo vel ab aeterno

Quaeritur utrum materia prima sit facta non certo utrum de novo vel ab aeterno.

Videtur quod non:

1. Omne quod factum est potuit fieri, quia si non, factum est aliquid quod impossibile est fieri; sed materia prima non potuit 30 fieri, quia materia est illud quo res potuit fieri et esse, ante autem primam materiam non est alia; ergo etc.

2. Item, quod est ante omne fieri et post omne corrumpi non <est> factum; sed materia prima est ante omne fieri, quia ma-

23 praeius] privationis(?) ms. 31 quo] quod ms.

15 Averroes, Phys. I, c.63; II, c.22 (Opera, Vol.IV, fol. 37v-38r; 56v-57r).

35 teria prima est subiectum omnis fieri et est post omne corrumpi:
»abibit enim <omne> in hoc ultimum«.

3. Item, primum principium non est factum, quia omne factum habet ante se aliud principium; sed materia prima est primum principium in suo genere principiandi; ergo etc.

40 Contra: illud quod impossibile est esse sine eo quod factum est, est factum; sed materiam primam impossibile est esse sine formis materialibus; ergo etc. Ista minor patet per primum librum De Generatione.

Item, illud quod non est ens factum <cum est ens> non habens
45 aliam causam a se, illud est perfectissimum; sed materia prima non est perfectissimum, quia quanto aliquid est magis in potentia, magis est imperfectum; sed materia est huiusmodi.

Item, quod non habet virtutem activam, si ipsum sit, ipsum est factum, quia huiusmodi non est sibi ipsi causa; sed materia
50 prima, considerata in sua essentia, virtutem activam non habet, quia omnis virtus activa sequitur ad aliquam formam; sed in materia prima in se considerata nulla est forma; ergo etc.

Quaestio 28b.

Ad primam quaestionem dico quod in rebus naturalibus debet esse aliquod subiectum et materia, et oportet esse primum sub-
55 iectum ante quod nullum, et hoc subiectum commune primum est omnibus inter quae est transmutatio. Ratio primi est: entia naturalia causaliter sunt naturalia propter formam naturalem quam habent. Naturale enim est quod in se habet naturam. Omnis forma naturalis est materialis et dependet ex materia et sub-
60 iecto et quantum ad suum fieri et esse et actionem et esse continuum et esse discretum. Dico quod dependet quantum ad suum fieri, quia licet sit in virtute generantis agere formam materialem, non tamen potest hoc facere sine materia: sunt enim formae materiales in subiecto in quo habent fieri. Non contingit
65 enim huiusmodi formas in subiecto fieri et postea separari, quia

54 materia] *corr. ex materiam.* 55 hoc] *est add. et exp.*

42 Aristoteles, De gener. et corrupt. I (c.5, 320b 16-17; 321a 6-7).

talis separatio est corruptio. Dependet similiter quantum ad actiones: quod enim non habet essentiam separatam, nec actionem separatam, ut virtus visiva essentiam separatam non habet, igitur nec actionem. Sed sicut forma materialis dependet in suo esse ex materia, sic in actione. Similiter dependet quantum ad suum esse continuum: continuum enim debet esse in materia, et ita suum esse continuum dependet a materia; et quantum ad suum esse discretum, quia in talibus formis materialibus pluralitas individuorum sub una specie causaliter est propter materiam. Omnia enim individua contenta sub una specie sunt unum in forma, et ideo si est ibi aliqua pluralitas, hoc erit propter materiam. Generans enim generat aliud propter materiam; per idem enim non potest esse idem et multum. Et ideo cum omnis forma materialis ex materia dependet, ideo oportet esse aliquam materiam in rebus naturalibus. Forma enim in esse non est separata a materia, licet ratione. — Ratio secundi est quod oportet esse subiectum primum: illud quod secundum naturam suam subiectum est hoc est subiectum primum, quod secundum propriam naturam subiectum est hoc est per accidens subiectum, et omne per accidens reducitur ad per se, et ideo oportet esse in rebus naturalibus subiectum primum. Item, si non esset primum subiectum in rebus naturalibus, procederetur in infinitum, quia si non contingit ponere primum, nec aliquod posteriorum. — Ratio tertii est quod illud subiectum erit receptivum omnium eorum inter quae est transmutatio, et ideo oportet <esse> commune.

1. Ad argumentum dico quod minor falsa est. Transmutatio enim apparet ad sensum, et natura transmutationis requirit subiectum.

2. Ad aliud dico in corpore caeli non est materia talis naturae qualis est in corporibus generabilibus, ut patet libro Caeli et Mundi, quia sic esset corpus caeleste corruptibile, quod est inconveniens. Et dico quod consequentia non valet: »ergo nec in aliis«.

66 corruptio] corpus *ms.* 73 materialibus] quia *add.*

95-96 Aristoteles, De caelo et mundo I (c.3, 270a 12-25).

100 3. Ad aliud dico quod minor falsa est, quia licet perspicuitas in aliquo corpore sit immediata causa receptionis luminis in illo corpore in quo est diaphaneitas, tamen corpus subiectum est illius luminis et non perspicuitas.

Quaestio 29b.

Ad aliam quaestionem dico quod materia prima facta est, et
105 hic dico factionem quod habet causam aliam quod non est sibi ipsi causa essendi. Aristoteles Meteororum: »mare factum est, quia mundus factus est«, et si mundus factus est, et partes ut elementa quae sunt partes mundi. Item, illud ens quod non habet aliam causam, quod est ens per se sive sibi causa essendi,
110 hoc est perfectissimum: sed si tale sit, hoc non est materia prima, quia minime perfecta est: quanto enim aliquid est in potentia passiva, minus est ipsum perfectum, potentia enim passiva tollit perfectionem. Ita materia prima habet aliam causam, nec potest esse causa sui ipsius.

115 Intelligendum quod cum materia prima facta sit, ex materia facta esse non potest. Et sequitur aliud: cum ipsa facta sit, et ipsa non potest fieri ex materia, cum ipsa sit prima, tunc eius factio ex sola potentia agentis dependet. Similiter sequitur tertium: quod factio materiae non potest esse factio naturalis. Natura enim quaecumque facit, ex subiecto et materia agit: omnis enim operatio naturae materiam praesupponit, et cum materia prima non sit facta ex materia <sequitur> quod factio eius non est naturalis. Et quia factio materiae non potest esse naturalis, nullus physicus in aliquo libro naturalium mentionem de ipsa
120 fecit. Sequitur etiam quod eius factio non potest esse per transmutationem, quia omnis transmutatio ex privatione est, quae
f. 6va subiectum || praesupponit in quo est, et ita transmutatio omnis subiectum requirit. Et ex hoc sequitur quod eius factio non potest esse nova, quia nulla novitas est possibilis nisi per trans-

121 materiam] naturam *ms.*

106 Aristoteles, Meteor. II (c.3, 356b 4-9).—Cf. etiam Boethium de Dacia, De aeternitate mundi (ed. Sajó) 83-84; De generatione et corruptione (ed. Sajó) Lib. I, Qu.2.

118-131 Cf. Boethium de Dacia, De aeternitate mundi, 367-374.

mutationem. Si enim omnia essent in eadem dispositione semper, nullum novum fuisset. Unde dico quod facta est eo modo quo dictum est.

1. Ad argumentum dico quod omne quod factum est per generationem factione naturali, hoc potuit fieri et potentia agentis et potentia passiva materiae, quia sicut omnis generatio requirit potentiam activam agentis, sic requirit potentiam passivam materiae, et ita, si materia esset facta per factionem naturalem, ut per generationem, <non> potuit fieri. Sed materia potuit fieri potentia agentis et non patientis.

2. Ad aliud dico quod materia prima est ante omne fieri quod est generari, sed non est ante omne fieri simpliciter.

3. Ad aliud dico quod primum principium quod est principium in genere agentis, illud non potuit esse factum, quia omne factum habet ante se agens, et ideo, si est primum agens, non potest esse factum. Sed materia non est sic primum principium, est tamen principium in genere causae materialis, et tale potest esse factum, et habet ante se efficiens.

Quaestio 30.

Utrum materia prima sit facta de novo

Quaeritur utrum materia prima sit facta de novo. Videtur quod non:

Omnis illa res cuius natura non est generabilis, illa est immediatus effectus primi principii; materia prima non est generabilis; ergo est immediatus effectus primi principii. Omnis effectus novus in suis principiis aliquam requirit novitatem, quia si principia semper essent in eadem dispositione, ex eis non posset fieri effectus cum prius non fieret; sed in primo principio nulla contingit novitas nec in sua substantia, nec in virtute; ergo etc.

Item, omne novum factum est in tempore: sola enim duratio in qua novum contingere potest, tempus est. Et ratio huius est,

7 ex] eo quod *ms.* (Cf. De aeternitate mundi 188).

¹ Ad totam quaestionem cf. Boethium de Dacia, De aeternitate mundi (ed. Sajó) 186-197, 154-160, 116-125, 145-153, 32-33, 191-197, 92-93.

quia novum in aliqua duratione oportet quod fiat in aliqua parte durationis et non in alia, quia quod non tunc, non erit novum, quia si sit in tota duratione, tunc non est novum. Et tempus
 15 sequitur mundum et mundus primum motorem. Materia autem praecedat mundum, quia partes principales mundi naturaliter praecedat, quamvis non in duratione. Igitur factio materiae non est nova.

Item, nihil est in futuro absque praeterito, Commentator primo
 20 Caeli et Mundi, et ratio propositionis est quod virtus est quae facit durationem, inalterabilis uno modo se habens, et talis virtus sic potest facere durationem aeternam a parte post, sicut a parte ante; materia prima est aeterna in futuro, ergo et in praeterito; ergo non est facta de novo.

25 Item, omne novum factum est per transmutationem, quia qui tollit transmutationem, et novitatem; sed materia prima non est facta per transmutationem, quia sic eam praecederet alia materia, quia transmutatio non potest esse sine materia.

Contra: impossibile est aliquod ens factum aequari primo prin-
 30 cipio; si ergo materia prima non esset factum novum, tunc esset aeterna, et sic aequaretur primo principio in duratione, et hoc non videtur.

Ad hanc quaestionem dico quod materia prima non est facta de novo vel factum novum, sed coaeternum primo principio. Et
 35 ratio huius est: materia prima non potest esse effectus naturae. Omnis enim operatio naturae materiam praesupponit, quia omnis operatio naturae generatio etc., nec potest effectus alicuius <esse> in priori. Et sic sequitur quod ipsa sit immediatus effectus primi principii.

40 Dicit aliquis quod ex aliquo agente potest contingere effectus novus aut quia agentis substantia nova est, aut quia aliqua virtus agentis sit nova, aut quia situs est novus, sicut sol, aut se-

36 materiam] naturam *ms.* 37 alicuius] effectus *add. et exp.*

20 Averroes, De caelo et mundo, I, c.124 (Opera, Vol.V [Venetiae 1574], fol. 84v).

cundum aliquam dispositionem, aut quia prius subiacebat impedimento, modo remotum est impedimentum, aut quia facta est transmutatio quae est adventus horae, in qua semper uno 45 modo se habens vult agere, cum prius non agebat. Si igitur ista sunt vera et nullum istorum reperitur in primo principio, ergo materia non est de novo facta, ut patet inducenti. Ipsum autem nec habet novam substantiam, nec novam virtutem, nec impetum, nec transmutatio facta est in principio materiali, ex quo 50 fieret materia, quia ipsa materiam non habet ante se, nec est facta transmutatio quae est adventus horae, quia materia praecedit omnem transmutationem; ideo nullo modo potest esse de novo facta. Id est quod de ea debet dicere per rationem.

Ad argumentum dico quod adaequari primo principio omni- 55 bus modis non potest aliquid, et dico quod primum principium durationem suam habet ex se, sed materia quae est effectus, habet durationem ab alio, ut a primo principio, et sic ratio supponit falsum in hoc quod dicit quod effectus et causa non sunt simul in duratione, quia simultas in duratione et posterioritas in 60 natura non est inconveniens.

Quaestio 31.

Utrum omnis factio ad se requirat materiam

Quaeritur utrum omnis factio ad se requirat materiam. Videtur quod sic:

1. Factio est illud per quod res vadit de potentia ad actum; omne quod vadit de potentia ad actum vel est materia vel materiam habens; ergo etc.
2. Item in littera: »subici oportet aliquid ei quod fit«; sicut 5

45 qua] quantum *vel* quam *ms.* 51 materiam] naturam *ms.* 57 ex se] quae est *add. et exp.*

1 Ad totam quaestionem cf. Boethium de Dacia, Quaestiones de generatione et corruptione, Lib. I, Qu. 13 (ed. Sajó) p. 25-28; De aeternitate mundi (ed. Sajó) 140-143, 630-645; Quaestiones super libros Topicorum, Lib. IV, Qu. 22 (Erlangen, Cod. 214, fol. 129r).

6 Aristoteles, Phys. I (c. 7, 190a 14-15; c. 9, 192a 29-30).

subicitur aliquid ei quod <fit>, sic illud idem subicitur factioni; ergo omnis factio dependet ex materia.

3. Item, materia est illud quo res potest esse, 7° Metaphysicae; si igitur faciens faceret aliquid sine materia, faceret illud quod impossibile est fieri; ergo etc.

Contra: totus mundus factus est, quia »mare factum est, quia mundus«; sed tamen non erat materia ex qua totus mundus fieret; ergo etc.

15 Item, omne illud cuius factio dependet ex materia, si materia non sit, illud est impossibile; totum ens citra primum principium factum est, quia totum ens citra primum principium causam aliam habet, unicum est in mundo quod causam aliam non habet, et praeter totum ens citra primum principium non est aliqua materia, et ita totum ens citra primum principium esset impossibile; sed hoc est inconveniens, ergo etc. Ergo non omnis factio ad se requirit materiam.

Ad istam quaestionem dico quod non omnis factio requirit materiam. 1. 6 v b Istam autem factio non est naturalis, quia praecedit || omnem factionem naturae. Omnis operatio naturae ex subiecto et materia est, et factio materiae praecedit materiam et omnem factionem naturae. Unde si non esset factio nisi naturalis solum, penitus esset nulla factio. Accipe totam speciem humanam et non sic facta est, sicut unius individui <factio> fit ex alio, quia 30 tota species ex alia causa dependet, unius individui ex alio factio generatio est. Et in libris naturalibus non fit mentio de ista factione, quia ista factio non est naturalis.

1. Ad argumentum dico quod omne quod vadit de potentia passiva ad actum vel est materia vel materiam habens. Sed sic 35 non procedit id cuius factio non dependet ex materia, sed solum ex potentia agentis, sicut mundi materia prima, anima rationalis et omnes effectus immediati primi principii.

8 factio] actio ms. 26 materiae] materiam add. 27 nisi] s.l. 29 fit] sicut ms.

9 Aristoteles, Metaphys. VII (Z, c.7, 1032a 17).

12-13 cf. Aristotelem, Meteor. II (c.3, 356b 6-7).

2. Ad aliud argumentum dico quod »subici oportet etc.«, verum est de fieri naturali et non de alio.

3. Ad aliud argumentum dico quod »materia est illud quo res 40 potest fieri« verum est de fieri quod est generari, sed de tali fieri, quod praecedit omnem generationem, non est verum. Talis est fieri materiae primae et aliorum praedictorum. Si enim non esset alius modus fiendi quam generatio, nihil penitus fieret.

Quaestio 32a.

Utrum materia prima sit generabilis

Quaeritur utrum materia prima sit generabilis.
Videtur quod non:

Omne genitum est ens actu; materia prima non est ens actu in sua substantia: substantia enim materiae est illud quod potest esse omnia. 5

Item, omne genitum compositum est, 7° et XI° Metaphysicae; substantia materiae simplex essentia est: nulla enim est ibi compositio; ergo etc.

Item, omne genitum generatur ex aliquo quod est in potentia ad formam suam; sed nihil potest esse in potentia ad materiam 10 primam.

Item in littera dicitur quod materia prima est ingenita.

Contra: non dicitur materiam primam esse ingenitam nisi quia aliter generaretur aliquid ex nihilo; illud non videtur inconueniens: nam nihil ipsius formae ante suam generationem est in 15 materia vel subiecto generationis, ergo quod penitus nihil erat, sicut essentia formae, factum est aliquid; ergo non est inconueniens aliquid generari ex nihilo.

9 item] *iter.*

6 Aristoteles, Metaphys. VII (Z, c.8, 1033b 8-19).

Aristoteles, Metaphys. XII (Λ, c.3, 1069b 35—1070a 1).

12 Aristoteles, Phys. I (c.9, 192a 28-29).

*Quaestio 33a.**Utrum in materia sit potentia ad non-esse*

Quaeritur utrum in materia sit potentia ad non-esse.

20 Videtur quod non:

1. Quod habet potentiam, ut ipsum non sit, est corruptibile; sed materia prima est incorruptibilis, ut patet in littera.

2. Item, quod habet potentiam ut ipsum non sit, in ipso est potentia ad privationem; sed in materia prima non est potentia
25 ad privationem, quia privatio est negatio subiectum habens; ante substantiam pri(vationi) non est subiectum aliquod; ergo etc.

Contra: in omni illo cuius esse ex alio dependet, est potentia ut ipsum non sit: quod enim in suo esse ex alio dependet, ipsum — quantum de se est — non est; substantia materiae primae
30 in suo esse ex alio dependet: nam omnis effectus in suo esse ex alio dependet. Si enim effectus durat per virtutem quae in ipso est, et nullam virtutem habet nisi quam habet a se, ergo cum causa sit <omnis effectus, quaero quae causa sit> causa illius virtutis quare ille effectus habet talem virtutem? Sed materia
35 est effectus, quia primi agentis. Et quod universaliter omnis causa sit causa durationis sui effectus, signum est: videmus enim quod causa illa quae producit suum effectum magis remotum a causa corruptionis, ista causa est causa maioris durationis sui effectus. Si igitur illud quod in suo esse ex alio dependet,
40 habet potentiam ad non-esse, ergo etc.

*Quaestio 34a.**Utrum in materia et subiecto generationis necesse sit ponere aliquam potentiam activam quam antiqui vocabant formalem*

Quaeritur utrum in materia et subiecto generationis necesse sit ponere aliquam potentiam activam quam antiqui vocabant formalem.

Videtur quod sic:

38 durationis] dispositionis *ms.*

22 Aristoteles, Phys. I (c.9, 192a 28-29).

1. 9° Metaphysicae: omne quod movetur habet aliquid eius ⁴⁵ ad quod movetur; subiectum generationis movetur ad formam; oportet ergo quod aliquid eius habeat.

2. Item, si ipsius formae generandae nihil esset in materia, tunc forma penitus esset ab extrinseco naturalis, et motus ad formam naturalem non esset naturalis, sicut nec motus ad for- ⁵⁰ mam artificialem naturalis; ergo oportet ponere aliquam in materia potentiam activam.

Contra: passivum sub agente principio de necessitate vadit ad actum; subiectum generationis habens potentiam passivam respectu formae generandae, circumscripta ab ipsa qualibet po- ⁵⁵ tentia activa, <est huiusmodi>; ergo sub agente in cuius virtute est <agere> est, et ideo tale passivum de necessitate vadit ad actum sine potentia activa.

Item, si potentia activa est in materia aut ergo est materia aut forma; ipsa potentia activa non <est> materia, quia materia ⁶⁰ de se non habet potentiam activam, erit ergo forma. Sed omnis forma quae est in materia, generata est: fieri enim in materia generari est; ergo ante istam potentiam activam erit alia potentia activa, et sic erit abire in infinitum, quia ante omnem generationem oportet ponere huiusmodi potentiam activam. Hoc est ⁶⁵ impossibile. Ergo in subiecto generationis non oportet esse aliquam potentiam activam ad hoc quod generet.

Item, omnis potentia activa sequitur ad formam, sic et omnis potentia passiva sequitur ad materiam; in substantia materiae non est aliqua forma, et tamen ipsa est primum subiectum om- ⁷⁰ nis generationis. Ergo in primo subiecto generationis non oportet esse aliquam potentiam activam respectu formae generandae.

Quaestio 32b.

Ad primam quaestionem dico quod materia prima non est generabilis. Omne enim quod generatur ex subiecto et materia ge-

46 ad¹] s.l. 51 naturalis] naturalem ms. 71 primo] non add. et exp.

45 Aristoteles, Metaphys. IX (Θ, c.8, 1049b 35—1050a 3).

75 neratur, et ideo quod generatur compositum est. In omni generatione aliquid acquiritur, sicut forma, et aliquid generationi praesupponitur, ut materia. Formam enim fieri in materia est generari, quia ipsa facta in materia compositionem inducit. Et cum ante omnem generationem oportet esse materiam, et ante
80 primam materiam nulla est materia, relinquitur quod ipsa non sit generabilis.

Ad argumentum dico quod si materia prima generabilis esset, fieret ex nullo subiecto, quia ante materiam primam nullum est subiectum.

Quaestio 33b.

85 Ad secundam quaestionem dico quod intelligendum est ad hoc: omnis effectus in esse conservatur per aliquam suam causam. Ista propositio vera est, nam quicumque iudicat in quolibet effectu, hic inveniet: ista non stant simul quod aliqua res sit effectus alicuius causae alterius et tamen virtute propria in esse conservatur.
90 Et ratio huius est: omne illud ens quod per virtutem propriam in esse conservatur <oportet quod> per se existat, circumscripto quolibet exteriori conservante. Nulla res quae est effectus alterius causae, habet de se naturam ut existat, quia tunc non esset ex alia causa producta, et in omni tali est potentia ut
95 ipsum non sit. Et cum materia prima causam habet aliam, tunc in ipsa est potentia ut non sit. Et hoc significant verba Platonis: »Plus valet ad aeternitatis vestrae custodiam mea voluntas quam vestra natura.«

1. Ad primum argumentum dico quod maior falsa est, quia
100 omne quod corrumpitur, corrumpitur in materiam, quia materia prima non potest corrumpi, quia tunc esset postquam esset

77 in materia] compositionem *add. et exp.* 97 aeternitatis] aeternitatem
ms. custodiam] custodie ms.

90-96 Cf. Boethium de Dacia, De aeternitate mundi (ed. Sajó). 584-591.

97 Plato, Timaeus, 13 (41 B).—Cf. Boethium de Dacia, De aeternitate mundi (ed. Sajó) 581-583.—Cf. etiam infra Lib. III, Qu. 23 (p. 295).

corrupta. Vel aliter potest responderi: in aliquo esse potentiam ut ipsum non sit vel <est> ad contrarium, ut in aqua est potentia ad ignem, vel ad contradictorium pure et ad puram negationem suae entitatis. Quod primo modo habet potentiam || ad f. 7^{ra} contrarium, hoc est corruptibile, sed quod habet potentiam ad contradictorium, non est corruptibile. Sicut factio materiae primae non est generatio, sic defectio non esset corruptio.

2. Ad aliud dico quod maior vera est de rebus generabilibus, quia omnes res generabiles habent subiectum quod habet potentiam ad formas similiter generabilium et ad privationes earundem. 110

Quaestio 34b.

Ad tertiam quaestionem dico quod aliquando dicitur quod si in aliquo subiecto debet generari aliqua forma naturalis, oportet quod in hoc subiecto sit inchoatio formalis, et haec inchoatio dicebatur esse aliquid ipsius formae, ut forma incompleta possit dici. Et ista forma dicta mota ab exteriori motore surgit in suum complementum, quia si ita non esset, forma naturalis penitus esset ab extrinseco, sicut forma artis, cum tamen velit Aristoteles libro De Anima quod inter formas corporum naturalium solus intellectus ab extrinseco est. Et istam inchoationem dicebant aliquem gradum formae generandae. Sed illud non videtur, quia forma quae non potest intendi et remitti, ut substantialis, non potest esse incompleta: vel nihil eius vel quaelibet eius est in materia. Non enim potest haberi aliquem gradum formae in materia, cum ipsa non potest remitti. Si ergo non esset possibilis generatio, nisi oporteret aliquid esse ipsius formae in materia, impossibilis utique esset generatio. — Item, quicquid habet essentiam ignis, hoc est ignis; sed si aliquid formae sub-

104-105 pure—entitatis] *in marg. inf.* 120 Anima] animalibus(?) *ms.*
 122 dicebant] dicebatur *ms.* 124 incompleta] materia incompleta *ms.*
 127 nisi] nihil *ms.*

120 Aristoteles, De anima III (c.4, 429a 24-25; b 5).

130 stantialis ipsius ignis esset in materia, tunc essentia eius esset
 in materia, et sic nihil pure ignis nec pure aqua, sed quidlibet
 est in quolibet, ut vult Anaxagoras. — Item, contrarium gene-
 ratur ex contrario; sed in uno contrario esse aliquid sui contra-
 rium est impossibile; ergo etc. — Item, illa inchoatio formalis
 135 quae est necessaria in generationis subiecto, aut est materia aut
 forma. Non materia, quia non est potentia activa nec habet po-
 tentiam activam; non forma, quia tunc esset forma generata, et
 ante illam alia, et sic in infinitum, quia non est generatio possi-
 bilis sine tali inchoatione. De hoc quod dicitur quod inconve-
 140 ens est formas naturales esse totaliter ab extrinseco: verum est
 sicut Plato posuit, quia posuit ipsas formas actu separatas a ma-
 teria antequam sint in materia et de se nusquam esse, et cum
 materia esset summe disposita, tunc sigillantur in ea, hoc modo
 inconveniens est, sed non est inconveniens formas naturales in
 145 materia fieri ab extrinseco, ita quod nihil earum praecesserit, vel
 gradus illarum formarum esse ab agente extrinseco non est incon-
 veniens. De hoc quod dicitur quod »solus intellectus ab extrin-
 seco est«, dico quod dicitur esse ab extrinseco, quia non fit in
 materia per generationem, quia si esset genitus, esset corrupti-
 150 bilis. Et ideo dicendum quod non est ponere potentias activas
 in materia, sed sufficit potentia passiva quae indifferens est ad
 omnes formas, et principium agens quod determinat materiam
 ad unam illarum formarum ad quas est indifferens, quia si ita
 esset <in> differens ipsum agens sicut et materia, vel numquam
 155 fierent formae in materia vel simul omnes fierent, quod est in-
 conveniens.

1. Ad argumentum dico quod maior vera est: dum iam move-
 tur; ante tamen totum motum et totam generationem non oportet
 haberi aliquid termini motus.

160 2. Ad aliud dico quod inconveniens est secundum quod Plato
 posuit, et visum est quomodo posuit.

Quaestio 35.

*Utrum potentia passiva materiae sit aliquid additum substantiae
materiae*

Quaeritur utrum potentia passiva materiae sit aliquid additum substantiae materiae.

Videtur quod non:

Omnis res addita materiae aliqua forma est, vel substantialis vel accidentalis; sed potentia materiae non est forma, quia materia secundum se potentiam habet; ergo potentia materiae etc. 5

Item, materiam esse materiam hoc est ipsam esse in potentia ad formam, si des oppositum, non est materia; sed materia non est materia per rem additam sibi; ergo etc.

Item, si potentia materiae esset aliqua res addita materiae, 10 tunc esset materia in potentia ad potentiam, quia nihil est in materia nisi illud quod a materia fuerit in potentia, et ita erit processus in infinitum.

Item, sicut potentia activa se habet ad formam, sic potentia passiva ad materiam; sed potentia activa non est aliquid additum formae: essentia lucis et potentia illuminandi non sunt res 15 duae; ergo etc.

Contra:

1. Substantia materiae una est et in ea sunt potentiae multae; ergo potentia et materia non sunt penitus idem. 20

2. Item, potentia corrumpitur, Commentator, substantia materiae manet; ergo potentia est aliquid additum materiae.

Ad istam quaestionem dico quod materiam secundum se pati est materiam esse materiam et principium passivum generationis. Quod enim principium generationis non est, ipsum materia 25 non est, et quia ipsa secundum se ipsam materia est et non per aliquid additum sibi — fit autem equus per aliquid additum — ideo secundum se potentiam habet. Ideo potentia materiae non est res addita materiae. Et quia materia secundum se potens

21 Averroes, *Metaphys.* XI (= XII), c.11 (Opera, Vol.VIII [Venetiae 1574], fol. 297r).

30 est, non per rem sibi additam, et materiam esse materiam, hoc est ipsam habere potentiam ad formas — Commentator: »materia substantialiter per posse« — ergo potentia non est res addita.

1. Ad argumentum in contrarium quod una substantia materiae comparata ad plures formas dicitur multae potentiae, unde
35 Aristoteles: id quod potentia est unum, multae potentiae passivae in materia non sunt nisi una substantia relata ad multas formas.

2. Ad aliud dico quod Commentator vocat potentiam habilitatem materiae ad formam, et hoc modo accipit Aristoteles potentiam libro Perihermenias. Quod potentia coniuncta est actui,
40 aliquando vocat potentiam habilitatem materiae: cum carentia formae inducitur. Et huiusmodi potentia praecedat actum; de secunda potentia intelligitur quod potentia corrumpitur, quia apud generationem formae corrumpitur ipsa carentia.

Quaestio 36a.

Utrum in materia sint potentiae infinitae numero

Quaeritur utrum in materia sint potentiae infinitae numero. Videtur quod sic:

Generatio procedit in infinitum, libro De Generatione; sed generatio procedens in infinitum non est sine infinitis generatis;
5 infinita generabilia non possunt generari nisi in materia essent infinitae potentiae ad formas infinitas generatorum: non enim generatur ex materia nisi cuius potentia fuerit in materia.

Item, Commentator XI^o Metaphysicae: quod »omnes formae quae actu sunt in motore primo, sunt in potentia in materia

31 Averroes, De substantia orbis. Cap.1 (Opera, Vol. IX [Venetiae 1573], fol.3v).

35 Aristoteles, Metaphys. XII (Λ, c.2, 1069b 26-32). = Averroes, Metaphys. XI (= XII), c.11 (Opera, Vol. VIII [Venetiae 1574], fol. 297r).

36 Averroes, Metaphys. IX, c.11 (Opera, Vol. VIII, fol. 236).

38 Averroes, Metaphys. XI (= XII), c.11 (Opera, Vol. VIII, fol. 297r).

40 Aristoteles, Periherm. (c.13, 23a 6-13).

3 Aristoteles, De gener. et corrupt. I (c.3, 317b 33—318a 25).

8 Averroes, Metaphys. XI (= XII), c.18 (Opera, Vol. VIII [Venetiae 1574], fol. 305v).

prima«, quia omnis effectus inferior contingit ex motore primo: 10
 nullus enim motor posterior movet nisi motus a primo; sed in
 motore primo sunt formae actu infinitae, cum moveat ad for-
 mas infinitas; ergo etc. Ad intellectum rationis: cum dicimus
 aliquam formam rerum generabilium esse in motore primo, hoc
 non est dicere aliquam rem additam sibi, sed sicut effectum de- 15
 bere esse in sua causa agente, et tale non est aliquid additum,
 sed est habens virtutem producendi effectum.

Contra: omnes potentiae quae sunt in materia, simul sunt. Si
 igitur potentiae materiae essent infinitae, infinita essent simul
 quod est contra Aristotelem 3° huius. 20

Quaestio 37a.

*Utrum ad praesentiam formae oporteat corrumpi potentiam ad hanc
 formam*

Quaeritur utrum apud praesentiam formae oporteat corrumpi
 potentiam ad hanc formam.

Videtur quod sic:

1. Commentator: apud praesentiam formae potentia corrumpitur. 25
2. Item, quod habet potentiam ad aliquam || formam, est **f. 7^{rb}**
 transmutabile ad illam formam; sed quod actu habet formam
 illam, non est transmutabile ad illam, quia nihil transmutatur
 ad illud quod actu habet. Item, apud generationem unius op-
 positi in eodem subiecto corrumpitur reliquum; forma et poten- 30
 tia opposita sunt, quia maximam habent ad se invicem differen-
 tiam.

Contra: si apud praesentiam formae corrumpitur potentia,
 tunc sequeretur quod nulla potentia posset esse simul actu, quod
 est contra Aristotelem libro Perihermenias. 35

29-30 oppositi] opposito *ms.*

20 Aristoteles, Phys. III (c.8, 208a 8-11).

34 Aristoteles, Periherm. (c.12, 21b 14sqq; c.13, 23a 7sqq.).

Item, quod non habet potentiam albi impossibile est esse album; si ergo apud praesentiam albi in subiecto corrumpitur <potentia ad> album, tunc fieret album quod impossibile esset esse album, quod est inconueniens.

Quaestio 36b.

40 Ad primam quaestionem dico quod in materia sunt infinitae potentiae. Potentiae enim materiae non cognoscuntur nisi per accidens et diffinitione actuum, actus enim notiores sunt et prae-
vii potentiis, 3° De Anima, et ex multitudine actuum multitudo
45 potentiarum cognoscitur, quia cuilibet actui respondet sua po-
tentia, et ex infinitate actuum infinitas potentiarum. Et gene-
ratio quae est ex substantia materiae, procedit in infinitum, quia
generatio unius corruptio alterius, et ideo de necessitate non de-
ficit generatio, libro De Generatione. Et generatio procedens in
infinitum non est sine infinitis potentiis in materia. Ex hoc sci-
50 mus quod in materia sunt infinitae potentiae.

Ad argumentum in contrarium dico quod sic esse infinita simul quae sola ratione differunt, <non est inconueniens>, sed esse infinita simul actu entia quorum unumquodque ab alio actu distinctum est, est inconueniens.

Quaestio 37b.

55 Ad secundam quaestionem dico quod potentia non corrumpitur, et ratio huius est: si apud praesentiam albi in subiecto corrumpitur potentia albi quae erat ad album, cum nihil generabile in subiecto nisi quod fuerit in illo in potentia, si corrumpitur album in subiecto de cetero, numquam erit illud subiectum
60 album, quia corrumpitur potentia quae fuerat ad album. Si dicas: cum album corrumpitur, iterum est in potentia, et sic iterum poterit generari album, contra quod sic: omne quod gene-

47 de necessitate] *conieci decenter(?) ms.* 54 est²]non est *ms.*

42 Aristoteles, De anima III (c.6-7, 430b 14—431b 2).

48 Aristoteles, De gener. et corrupt. I (c.3, 318a 19-25).

ratur vel est forma vel habens formam; forma per accidens generatur, compositum habens formam generatur. Sed potentia passiva non est forma nec formam habens, ergo si semel corrumpitur, non potest iterum generari. Et ideo dico quod apud praesentiam formae non corrumpitur potentia quae erat ad eam <formam, et per eandem> potentiam naturalem quiescit subiectum transmutationis in forma per quam potentiam transmutatur ad illam formam, ut per idem sit quies et motus transmutationis naturalis. 65 70

1. Ad argumentum dico quod Commentator nomine potentiae duo intelligit, scilicet habilitatem materiae ad formam et carentiam eiusdem formae, et intelligit de carentia quod corrumpitur, quia corrumpitur carentia formae in materia. Primo modo non intelligit, omnis enim potentia praecedens actu carentiam ipsius actus habet. 75

2. Ad aliud dico: quod habet potentiam albi est transmutabile ad album, verum est, si potentia praecedat actum. Sed hic est potentia coniuncta actui. 80

Quaestio 38a.

Utrum privatio sit principium

Quaeritur utrum privatio sit principium. Videtur quod non:

1. Illud quod est non-ens secundum se, non potest esse principium entis; sed privatio est non-ens, ut patet per litteram, quia materia non est non-ens secundum se, sed propter privationem sibi inhaerentem; ergo etc. 5

2. Item, quod nec habet in se virtutem activam nec potentiam passivam, non potest esse principium generationis neque rei generatae: quomodo principiabit quod talem virtutem non habet? Privatio non habet virtutem activam nec passivam; ergo etc. 10

72 argumentum] aliam *ms.*

6 sibi] *corr. s.l.*

4 Aristoteles, Phys. I (c.8, 191b 15-16).

Contra: in littera.

Item, illud est principium sine quo impossibilis est generatio et omnis physica transmutatio; sed sine privatione impossibile
15 est praedictum: qui enim tollit privationem, tollit omnem transmutationem.

Quaestio 39a.

Utrum privatio sit principium per se vel per accidens

Quaeritur utrum privatio sit principium per se vel per accidens.

Videtur quod per accidens:

20 1. In littera.

2. Item, quod accidit principio per se, hoc est principium per accidens; sed musicum et album accidunt statuario qui est principium per se, et ideo principia sunt statuariae per accidens; sed privatio accidit materiae; ergo etc.

25 Contra: illud quod principiat et suus modus principiandi non reducitur ad modum principiandi alterius principii, hoc principiat per se; sed privatio principiat, quia sine privatione impossibilis est generatio, et suus modus principiandi non reducitur etc. quia non principiat ut materia, quia materia principiat et
30 manet in principiato, sed privatio non; nec ut forma, quia forma remanet et privatio corrumpitur.

Item, illud est principium per se quod est necessarium ante omnem generationem et sine quo omnis generatio impossibilis est, quia principium per accidens alicuius effectus non est neces-
35 sarium ad illum effectum, cum accidentia non sunt necessaria; sed privatio de necessitate requiritur ad omnem generationem et impossibile est fieri generatio sine privatione, ergo est principium per se. Statuarius statuatur per se, album et musicum per accidens, sine musico et albo bene statuabit statuarius, et ita
40 album et musicum non sunt necessaria.

12 Aristoteles, Phys. I (c.7, 190b 23—191a 7).

20 Aristoteles, Phys. I (c.7, 190b 27).

Quaestio 38b.

Ad primam quaestionem dico quod privatio principium est, etsi sit idem in subiecto cum materia, aliud tamen est in ratione. Licet materia principiat materiam in alio modo principiandi, impossibile tamen est quod materia principiat nisi habendo in <se> privationem generationis. Ex hoc incidit dubium: tunc videtur ⁴⁵ quod materia sit principium per accidens, cum non possit principiare sine privatione. Dico quod non sequitur. Licet una res de se non sufficiat ad productionem unius effectus sine alio, non sequitur quod sit causa per accidens, quia sic sequeretur quod forma esset principium per accidens et materia similiter, cum ⁵⁰ neutrum sit per se principium sine alio. Quid igitur est causa per accidens? Quando virtus quae facit ad effectum in alio est, et virtuti alii accedit aliquid ut album et musicum, album et musicum sunt causa per accidens. Tunc ad propositum: licet materia ipsa principiat, et ad hoc quod principiat non sufficit sine ⁵⁵ privatione et nisi in se privationem <habeat>, virtus tamen illa qua materia principiat est in ipsa materia, ideo materia non est causa per accidens. Et est simile: causa agens habens in se virtutem producendi effectum, ipsa non sufficit ad effectum sine materia, ipsa tamen non est causa per accidens productiva effectus. ⁶⁰

1. Ad argumentum dico: quod nullo modo est ens, nullo modo principiat; sed privatio est non-ens secundum se, ens tamen entitate sui subiecti, ideo potest esse principium. Plus entis habet privatio quam negatio, quia privatio subiectum requirit. ⁶⁵

2. Ad aliud dico quod non sequitur 'non habet tale principium nec tale <etc.>, ergo non est principium', quia licet privatio nec habeat principium activum nec passivum, quia nec illud principiat quod habet virtutem passivam, nec illud quod habet virtutem activam, <***> ut forma et materia possunt sine privatione ⁷⁰ principiare, sed requiritur privatio.

49 sequeretur] sequitur *ms.* 52 Quando] *corr. ex* quoniam. 68 principium activum] principi at *ms.* 70 activam] passivam *ms.*

Quaestio 39b.

Ad aliam quaestionem dico quod privatio est per se principium generationis et per accidens principium generati, et ratio utriusque est ista: quod est principium per accidens alicuius effectus, 75 sine ipso potest contingere effectus: accidentia enim non sunt necessaria. Sine privatione non potest contingere aliqua generatio, ideo privatio est principium generationis per se, sed per accidens principium generati, et ratio est ista: generatione completa corrupta est privatio, ideo privatio in re generata non est 1. 7va necessaria, ideo non est principium || per se generati, sed per accidens, quia de necessitate privatio requiritur ad generationem. Qui enim tollit privationem, tollit et generationem, et sine generatione non est possibile generatum. Ideo privatio est principium generati per accidens, sed materia per se principium generationis est et rei generatae, quia principium est per se generationis et pars rei generatae, ut patet per litteram quae dicit »cum insit«. Per hoc apparet solutio ad rationes.

1. Ad argumentum dico quod principium per accidens est generati, et ita intelligit Aristoteles.

90 2. Ad aliud dico quod maior vera est, sed licet privatio accidat substantiae materiae, in quantum materia principiat generatum, tamen in quantum principiat generationem, non ei accidit.

89 Aristoteles, Phys. I (c.7, 190b 27).

LIBER SECUNDUS

HORUM QUAE SUNT, ALIA QUIDEM SUNT
NATURA, ALIA ETC.

*Quaestio 1a.**Utrum natura sit principium motus*

Quaeritur utrum natura sit principium motus.
Videtur quod non:

1. Nihil est principium motus nisi illud quod habet subiectum quod est in potentia passiva ad illud quod est in potentia ac-⁵ tiva; sed accidit naturae quod habeat subiectum extra se quod est in tali potentia.
2. Item, quod potest naturae non inesse, hoc non diffinit naturam: partes enim diffinitionis non possunt non inesse diffinito; si enim tota materia esset sub una forma, natura non posset esse¹⁰ principium motus, sed esse principium motus potest naturae inesse; ergo etc.
3. Item, motor caeli principium motus est; sed motor caeli natura non est, quia nihil separatum a materia est natura, ut intendit philosophus de natura; ergo etc.

15

Contra: in littera.

Item, omnis motus habet motorem, omnis motor aut est ars aut natura; sed ars non est principium omnis motus, quia generatio animalis non est ex arte; ergo etc.

Item, illud quod ducit corpus vivens ad perfectam quantita-²⁰ tem, illud est natura; sed natura inducit corpus vivens ad perfectam quantitatem: illud enim in planta et animali <quod> convertit nutrimentum in substantiam eorumdem est natura; ergo etc.

1 natura, alia] naturalia *ms.*

1 Aristoteles, Phys. II (c.1, 192b 8).

15 Aristoteles, Phys. II (c.1, 192b 13-16).

- 25 Item, quod ex calido in potentia generat calidum in actu est principium motus; sed natura est huiusmodi; ergo natura est principium motus.

Quaestio 2a.

Utrum natura sit principium omnis motus

Quaeritur utrum natura sit principium omnis motus.

Videtur <quod non>:

- 30 Natura solum est principium motus qui est ad formam naturalem; sed non omnis motus est ad formam naturalem, ut motus ad formam lectuli.

Item, natura solum est principium eorum quae fiunt a specie existente in materia; sed non omnis species existens, in specie
35 est materia, ut forma artis.

Item, natura non est principium illius quod contrariatur naturae; sed motus violentus est huiusmodi; ergo etc.

Contra: natura est principium omnis illius quod est de consideratione scientiae naturalis; sed omnis motus de consideratione
40 scientiae naturalis est; ergo etc.

Quaestio 3a.

Utrum natura sit principium status

Quaeritur utrum natura sit principium status.

Videtur quod non:

1. Idem non potest esse causa contrariorum; sed motus et status contraria sunt; sed natura est principium motus; ergo etc.
- 45 2. Item, si corpus naturale esset in vacuo et ipsum staret, non magis moveretur ad unam partem quam ad aliam, hic tamen status non causaretur a natura; ergo natura non est principium status.
3. Item, si natura esset principium status, tunc illa quae non
50 haberent naturam, nullam quietem haberent, et sic corpora mathematica nullum statum haberent, quod falsum est: si enim es-

38 Contra] Item (?) ms.

50-51 mathematica] matematica ms.

set cubus separatus a materia, non magis esset in uno loco quam in alio, immo staret ubicumque esset, et huiusmodi status natura non est principium.

4. Item, artificialia corpora statum habent sicut et naturalia, ⁵⁵ ut lectulus; sed artificialia naturam non habent; ergo natura non est principium status.

Contra: in littera.

Item, omnis motus violentus est post statum naturalem, cuius probatio est: si enim corpus nusquam quiesceret naturaliter, ex ⁶⁰ nullo loco moveretur violenter; cum igitur illa corpora ex aliquibus locis moventur violenter, igitur habent statum ibi naturalem.

Item, corpora non diversificarentur in suis partibus nisi quia diversificantur in suis naturis, quoniam si corpora eiusdem naturae ⁶⁵ essent, tunc omnia haberent eundem statum loci; hoc non esset nisi quia natura principium est status; ergo etc.

Item, quicquid agitur in corpore naturali, aut agitur in ipso per naturam aut per artem; sed status naturalis in corpore naturali non agitur per artem; ergo etc. ⁷⁰

Item, libro De Anima: quaecumque moventur, moventur violenter aut naturaliter, ergo a simili quaecumque stant violenter, <stant> et naturaliter; sed naturalia corpora stant violenter; ergo etc.

Quaestio Ib.

Ad primam quaestionem dico naturam esse potestatem quam ⁷⁵ dam motivam et mobilem, motivam active, mobilem passive, active per formam, passive per materiam. Hiis duobus modis dicitur natura, hoc est essentielle naturae. Ex hoc enim unumquodque nomen naturae habet. Sed quod natura motum principiat in actu, sive principiat active sive passive, hoc non est essenziale ⁸⁰

61 illa] nulla(?) ms. 75 esse] in add. et exp. 76 motivam] motnivam(?) ms.

58 Aristoteles, Phys. II (c.1, 192b 13-14).

71 Aristoteles, De anima I (c.3, 406a 22-26).

naturae, sed ei accidit, nec est diffinitum naturae. Per hoc apparet ad rationes.

1. Ad primum argumentum dico quod maior vera est. Sed accidit naturae quod habeat subiectum extra quod est in potentia
85 passiva ad quod ipsa est in potentia activa. Ergo accidit naturae causare motum, sed non accidit ei quod in virtute eius sit, ut ipsa sit principium motus.

2. Ad aliud dico quod accidit naturae quod motum causet in actu, sed quod natura sit principium ex quo potest considerari
90 motus, illud non naturae accidit, et tale est diffinitum naturae.

3. Ad aliud dico quod ratio non concludit nisi quod natura non est principium omnis motus, et non est motor caeli natura eo modo quo hic loquimur de natura.

Quaestio 2b.

Ad aliam quaestionem dico quod tres inveniuntur motus: ut
95 motus contra naturam, et iste est violentus, nam violentum est contrarium naturae. Quando subiectum ex natura inclinatur ad unum terminum, de quocumque praedicamento sit ibi terminus, et motor extrinsecus movens naturam movet illud ad contrarium terminum et facit ibi ipsum quiescere, et talis motus violentus
100 <est> et talis motus natura non est principium. Alius est motus praeter naturam qui nec est a natura nec contrarius naturae, quando natura corporis naturalis nec inclinat istud corpus ad aliquem terminum, nec ad aliquem terminum sibi contrarium, tunc motus iste non est violentus, nec per consequens quies, sicut mo-
105 tus ligni ad formam lectuli. Nec istius motus natura est principium. Sed omnis alterius motus ab istis duobus natura est principium. Per hoc apparet solutio ad rationes.

Quaestio 3b.

Ad tertiam quaestionem dico quod natura est principium status. Illud idem principium quod facit movere corpus naturale
110 cum sit extra suum locum naturalem, illud idem principium facit ipsum quiescere in suo loco naturali. Ista tamen non contrariantur, scilicet quies in aliquo termino et motus ad eundem non

contrariantur. Istud apparet in corporibus elementaribus. Et quia corpora diversificantur in suis naturis, diversificantur in suis statibus.

115

1. Ad argumentum dico quod natura non potest esse principium status illius qui opponitur illi motui.

2. Ad aliud dico quod corpus positum in vacuo non movetur verum est; concludit ratio quod natura non est principium omnis motus.

120

3. Ad aliud dico quod ratio concludit quod natura non est principium omnis status.

4. Ad aliud dico quod natura est principium status in artificialibus, quia hoc dicitur in littera, et dico quod artificialia a parte suae formae non habent naturam, sed a parte suae materiae, ut lignum materia est lectuli. Ad aliud dico quod ratio concludit quod natura non est principium omnis status.

ALIO AUTEM MODO . . .

Quaestio 4.

Utrum forma naturalis sit separata a materia secundum rationem

Quaeritur utrum forma naturalis sit separata a materia secundum rationem, et hoc est quaerere utrum forma naturalis diffiniatur || per materiam sensibilem.

f. 7vb

Videtur quod non:

5

1. Quod enim separatum est a materia sensibili, in sua ratione non eget materia sensibili; sed forma naturalis est huiusmodi; ergo etc.

2. Item, sicut forma mathematica ad materiam sensibilem, sic forma naturalis: nam sicut album et nigrum secundum suum esse 10 et fieri dependet a materia sensibili, sic forma mathematica; sed

119 concludit] *in marg.*

3 forma] materia *ms.* 9 sic] sicut *ms.*

124 Aristoteles, Phys. II (c.1, 192b 15-20).

1 Aristoteles, Phys. II (c.1, 193a 30).

forma <mathematica> non diffinitur per materiam sensibilem; ergo etc.

3. Item, Commentator libro De Anima: »diffinitio rei non com-
15 ponitur nisi per propria principia quae sunt in re»; sed forma non componitur ex materia sensibili, et sic diffinitio formae non componitur ex materia sensibili.

Item, 7° Metaphysicae: »omnis diffinitio est sermo et omnis sermo habet partes, et quae sunt partes diffinitionis, sunt
20 partes diffiniti»; sed materia sensibilis non est pars formae naturalis; ergo materia sensibilis non debet poni in diffinitione formae naturalis.

Contrarium habetur primo De Anima dicente quod diffinit ipse physicus per materiam.

25 Item, idem Commentator: quod forma naturalis <per materiam> diffiniri debet.

Ad istam quaestionem dicitur aliquando quod forma naturalis per materiam sensibilem non debet diffiniri. Ratio eorum fuit quod diffinitio rei solum debet indicare quae pertinent ad essen-
30 tiam rei et non illa quae sunt extra essentiam rei. Sed materia sensibilis, quantumcumque sit propria formae naturali, ipsa est extra essentiam eius — ideo per eam diffiniri non debet — et additur: sicut forma essentiam habet distinctam ab essentia materiae; substantiae aliter non facerent compositum. Omne compo-
35 situm multa essentialiter in se habet, forma naturalis essentiam habet distinctam ab essentia materiae, et ita non diffinitur per materiam sensibilem. Dicitur similiter, planum est quod materia sensibilis non debet poni in diffinitione formae naturalis nisi propter hoc quod materia est causa formae naturalis. Materia
40 enim ad essentiam formae naturalis non pertinet, nunc autem

20-21 naturalis] igitur a diffinitione add. 23 diffinit] exp.

14 Averroes, De anima I, c.5 (ed. Crawford p.9, n. 31-32).

18 Aristoteles, Metaphys. VII (Z, c. 10, 1034b 20-22).

23 Aristoteles, De anima I (c.1, 403b 1).

25 Averroes, De anima I, c.16 (ed. Crawford p. 23-24).

termino qui debet docere quid est res per suam essentiam, non requiritur quod indicet quae sunt causae illius essentiae. Diffinitio formae naturalis debet docere quid sit forma naturalis per suam essentiam, ideo non oportet quod doceat causam essentiae formae naturalis. Ideo dicitur quod forma naturalis non debet 45 diffiniri per materiam suam. Sed illud est contra Aristotelem. Dicit enim quod diffinitio formae naturalis non est talis sicut diffinitio mathematicorum. Ideo dicendum quod in diffinitione formae naturalis debet poni materia sensibilis. Forma enim non est naturalis nisi quia terminus est transmutationis naturalis aut 50 principium ad dispositionem in subiecto habilitans subiectum ad transmutationem naturalem. Illa enim forma quae nullo modo attribuitur transmutationi, non est naturalis. Cum igitur forma nullo modo attribuitur transmutationi nisi quia est in materia, propter hoc ipsa est naturalis, quia est in materia, et ideo per 55 materiam debet diffiniri. Ideo dixit Aristoteles quod sicut faber considerat aes in quantum est materia artis, sic physicus formam in quantum est ens in materia transmutabili. Sicut si aliqua forma ignis vel aeris haberet esse separatum penitus extra materiam, non esset ipsa forma naturalis, sed divina vel metaphysica, 60 et sic si tu talem formam intelligeres ut abstractam a materia, non cointelligendo subiectum, non intelligeres formam naturalem sed metaphysicam. Et sic si diffiniretur talis forma, non esset diffinitio formae naturalis. Intelligendum etiam quod forma naturalis quae non determinat sibi materiam signatam, <non> 65 diffinitur per materiam signatam: sicut curvum non determinat sibi materiam signatam ut lapis vel huiusmodi, determinat tamen sibi continuum, et ideo si curvum diffiniatur, oportet quod in eius diffinitione cadat continuum.

Ad rationes:

1. Dico ad primam quod quando dicit Avicenna quod forma 70 separata est ratione a materia, <verum est> tamen in eius diffinitione cadit materia.

56 Aristoteles, Phys. II (c. 2, 194 b 11).

71 Avicenna, Sufficientia (Phys.), Lib.I, c.2-3; Metaphys. Tract.II, c.3-4 (Opera, Venet. 1508, fol. 15ra F, 15va B; 76rb sqq.).

2. Ad aliud dico quod similitudo est in hoc quod sicut forma
 75 naturalis est et fit in materia sensibili, sic forma mathematica.
 Sed dissimilitudo in hoc quod forma mathematica non est cau-
 saliter forma mathematica, quia est in materia sensibili. Sed
 forma naturalis est forma naturalis, quia est in subiecto sensi-
 bili, ut in materia transmutabili.

80 3. Ad aliud dico quod quaedam est diffinitio quae solum in-
 dicat quidditatem et essentiam, et talis diffinitio non componi-
 tur nisi ex propriis principiis quae sunt in re; alia est quae in-
 dicat essentiam et quidditatem, et ultima habet causam, et ta-
 lis non solum componitur ex propriis principiis diffiniti, sed ex
 85 aliis: alia est enim essentia ipsius rei naturalis et causa quare
 talis essentia ipsius rei naturali inest.

Ad aliud dico quod bene concludis quod diffinitio in qua
 ponitur materia sibi propria, non solum significat essentiam for-
 mae naturalis, sed causam illius essentiae, quare illa essentia na-
 90 turalis est. Curvum est in auro, simus in naso, sed nasus non est
 magis causa quare simus est forma naturalis, sicut nec aurum
 curvi. Sicut curvum non requirit aurum ad suam diffinitionem,
 sic nec simus. Ad aliud dico quod ratio probat quod diffinitio
 formae naturalis in qua ponitur materia non solum significat
 95 quidditatem, sed causam quidditatis. Sed ulterius quaerere volo
 quod diffinitio solum habeatur quidditatis et essentiae, et non
 quidditatis cum causa quidditatis, ita quod diffinitio indicat so-
 lam essentiam.

DUPLICITER AUTEM DICITUR NATURA . . .

Quaestio 5a.

Utrum possibilis sit abstractio universalis a particulari

Quaeritur utrum possibilis sit abstractio universalis a par-
 ticulari.

Videtur quod non:

94 qua] quo ms.

1 Aristoteles, Phys. II (c.1, 193b 18).

1. Quaecumque non habent distinctas essentias non possunt ⁵ habere distinctas conceptiones; sed particulare et universale non habent distinctas essentias: homo enim et Socrates non habent distinctas essentias, nullus enim homo de Socrate praedicatur nisi solus ille homo qui est Socrates.

2. Item, a quo potest universale abstrahi, hoc potest ab in- ¹⁰ tellectu comprehendendi; <particulare non potest comprehendendi ab intellectu>, universalis igitur a particulari non est possibilis abstractio.

Contra: prius potest abstrahi a posteriori; sed universale prius est particulari, ergo etc. 15

Quaestio 6a.

Utrum possibilis sit abstractio generis a specie

Quaeritur utrum possibilis sit abstractio generis a specie.

Videtur quod non:

1. Genus significat aliquem actum vel aliquod ens in actu, quia non est genus tantum ens in potentia. Aut genus significat actum tantum unius speciei, tunc non praedicatur de altera spe- ²⁰ cie; si significaret formas omnium specierum, de nulla praedicaretur.

2. Item, genus specierum quae sunt substantiae, debet esse substantia, quia accidens non; duabus speciebus sic non invenitur aliqua substantia communis pluribus speciebus nisi prima ²⁵ materia; sed haec substantia quae est materia, non est ceterorum genus, ergo neque aliquod aliud genus.

Eius contrarium apparet. Est enim animal genus hominis et asini.

Quaestio 7a.

Utrum forma possit abstrahi a sua materia

Quaeritur utrum forma possit abstrahi a sua materia. 30

<Videtur quod non:>

26 haec] est add. et exp.

Quod non potest esse sine alio, non potest comprehendi sine illo: sicut res se habent ad materiam, sic ad intellectum; sed forma non potest esse sine sua materia propria, ergo nec com-
 35 prehendi nec abstrahi.

Item, nihil potest abstrahi a suis diffinitionibus; sed materia propria diffinit suam formam, et ita non potest ab ea abstrahi.

Contra:

1. Signari dependet ab intelligi: prius intelligitur unumquod-
 40 que quam per vocem signatur; signari contingit formam sine materia, ergo et intelligi, et sic abstrahi.

1. 8ra 2. Item, quaecumque habent distinctas || essentias, possunt habere diversas acceptiones: ubi enim est distinctio in re, ibi potest esse distinctio et conceptio in intellectu comprehendente ut
 45 in re est; nunc omnis forma habet distinctam essentiam ab essentia suae materiae; ergo etc.

Quaestio 8a.

Utrum mathematica magis abstrahant quam naturalia

Quaeritur utrum mathematica magis abstrahant quam naturalia.

Videtur quod non:

50 1. Quaecumque aequaliter dependent ex materia, aequaliter possunt abstrahi ab ipsa; sed curvum et simum aequaliter dependent; ergo etc., quia simus forma naturalis <est>, curvum forma mathematica.

Contrarium in littera.

55 Item, illa quae abstrahunt a particulari et a sensibili, magis abstrahunt quam illa quae solum a particulari; sed naturalis abstrahit a particulari, mathematicus a particulari et a sensibili; ergo etc.

Quaestio 5b.

Ad primam quaestionem dico quod primo intelligendum quod

32 sine] fieri(?) ms. 43 ubi] nisi(?) ms.

54 Aristoteles, Phys. II (c.2, 193b 22—194a 12).

abstractio est comprehensio rei ab anima praeter omne illud quod ⁶⁰ non pertinet ad suam essentiam. Quia enim quantitas non pertinet ad essentiam qualitatis, nec e converso, nec qualitas ad essentiam substantiae nec e converso, et similiter de rebus aliorum generum, ideo distincte comprehendi potest qualitas non comprehendendo quantitatem nec aliud genus, et similiter est ⁶⁵ de aliis. Quia enim intellectus in intelligendo sequitur ipsam rem in essendo, ideo res quae distinctas habent essentias, possunt habere propter hoc distinctas conceptiones, et potest una abstrahi ab anima ab alia illarum, et quia individuatio accidens est in essentia alicuius rei, ideo ipsa res comprehendi potest sine ⁷⁰ individuatione sicut sine suo accidente, et sic essentia rei sine individuatione potest intelligi, et sic universale potest abstrahi a particulari.

1. Ad primum argumentum dico quod licet essentia universalis sit essentia particularis de quo praedicatur, tamen per hanc ⁷⁵ essentiam individuum non est particulare, sed propter individuationem accidentem illi essentiae, quae individuatio differt essentialiter ab essentia rei.

2. Ad aliud dico quod particulare potest comprehendi ab intellectu ex consequenti, licet non primo et immediate, ut patet ⁸⁰ 3° De Anima.

Quaestio 6b.

Ad aliam quaestionem dico quod genus potest abstrahi a specie. Genus enim de specie praedicatum non est aliqua substantia alia quam substantia quae est species ipsa. Dicendo homo est animal, animal praedicatum est animal quod est homo. Si- ⁸⁵ militer patet de colore: nec est aliquis color unus in re praedicatus de albedine et nigridine, sed color praedicatus de nigridine nigrido est, de albedine albedo est. Similiter animal praedicatum

67 essendo] et *add.* 72 intelligi] sine individuatione *add.* 87 praedicatus de] albedine *add.* et *exp.*

79-81 Aristoteles, De anima III (c.12, 434a 31-32).

de asino asinus est, et de homine homo. Unde nullum est animal
 90 praedicatum in re unum de homine et asino, habent tamen hu-
 iusmodi unitatem rationis: a proprietate enim communi accipi-
 tur nomen commune ipsius generis. Dico genus quod potest ab-
 strahi a speciebus, non quod animal abstractum sit commune
 speciebus reale, sed solum commune ratione, individua tamen
 95 unius speciei communicant in aliqua re communi.

1. Ad argumentum dico quod genus non solum significat sub-
 stantiam in potentia, sed significat actum et substantiam illius
 speciei de qua praedicatur, ut animal de homine praedicatum
 substantiam hominis significat et praedicat, similiter praedica-
 100 tum de asino substantiam asini significat et praedicat, et sicut
 nulla est una substantia hominis et asini, sic animal de homine
 et asino praedicatum non est aliquod unum animal in actu et in
 re, sed solum in ratione.

2. Ad aliud dico quod non est una substantia communis in
 105 actu in re, est tamen una communis substantia in ratione.

Quaestio 7b.

Ad tertiam quaestionem dico quod forma potest abstrahi a
 materia sibi accidentali, quam materiam ipsa forma per essen-
 tiam suam non determinat lignum vel aurum, sicut subiectum
 et materia curvi vel recti etc. Talem materiam circulus vel rec-
 110 tum sibi non determinat, ideo potest abstrahi a materia, nec de-
 pendet esse intellectus recti vel curvi ab intellectu ligni vel auri.
 Forma tamen non potest abstrahi a materia sibi essentiali pro-
 pria quam ipsa forma sibi per essentiam suam determinat. Licet
 curvum non determinat sibi lignum vel aurum, tamen determi-
 115 nat sibi continuum. Sicut intellectus simi ad nasum, sic curvi
 ad continuum, nec in concreto nec in abstracto ut curvitas sine
 continuo potest intelligi. Sicut enim, si forma aliqua naturalis
 vel mathematica separatur extra animam a materia sibi propria,
 amittit esse, et eius separari est eius corrumpi, sic apud animam
 120 si conaris intelligere simum sine naso, curvum intelligens et non

simum. Similiter, si conaris intelligere curvum sine continuo, conaris aliquod impossibile, non enim intelligens id per quod erat curvitas per essentiam suam. Similiter in passione quantitatis discretæ; non enim poteris intelligere par non cointelligendo numerum. Tanta enim est possibilitas apud intellectum intelligere 125 paritatem non cointelligendo numerum, sicut et extra animam est possibile esse paritatem non quod simul sit numerus, et sicut possibile est formam esse extra animam præter suam formam accidentalem, sic apud animam contingit intelligere formam non cointelligendo suam materiam accidentalem. Sed non 130 potest intelligi præter suam materiam quæ sibi essentialis est.

2. Ad argumentum dico quod quaecumque habent distinctas essentias ita quod unum eorum non dependet ex alio, unum bene potest intelligi sine alio, sed quaecumque habent distinctas essentias, <quorum> tamen una dependet essentialiter <ab alia>, 135 una non potest habere distinctam conceptionem ab alia. Verbi gratia curvum in continuo curvum est, curvum in naso simum est, ita quod curvum in naso ex materia sua propria nomen speciemque simi habet; figura serræ in ligno figuram serræ et speciem non habet, habet tamen in materia sibi propria nomen spe- 140 ciemque. Unde si serra separetur a materia propria, ipsa serra non est, sic nec comprehendi potest ab anima. Forma enim hominis intellecta præter carnem et ossa non est forma naturalis, sed metaphysica. Non enim naturalis nisi in quantum attribuitur transmutationi, et numquam attribuitur transmutationi nisi 145 in quantum ens in materia. Usque ad hoc debet physicus formam considerare quantum eius esse <extenditur ad esse> quod habet in materia.

1. Ad aliud cum dicitur quod signari dependet ab intelligi verum est, non tamen oportet quod omni eo modo quo potest signari quod posset intelligi. Nonne ita est quando intelliguntur aliqua duo simul, quia intellectus unius dependet ab intellectu alterius, sicut et esse, ipsa tamen sunt duo essentialiter, et tamen unum potest intelligi præter alterum, nec tamen per distinctum

155 vocabulum signari unum, propter hoc quod unum vocabulum significet separatum non divisum. Tamen unum non potest intelligi sine alio, et ita potest signari, non tamen intelligi.

Quaestio 8b.

Ad aliam quaestionem dico quod mathematica abstrahunt magis quam naturalia, et ratio huius est: mathematica enim abstrahunt a particulari et ab omni materia sensibili et secundum intellectum et diffinitionem. Intellectus enim magnitudinis non dependet ab intellectu materiae transmutabilis. Sed naturalia abstrahunt a particulari, sed non a materia sensibili transmutabili neque secundum intellectum, neque secundum diffinitionem. Non secundum diffinitionem, quia simitas nihil est sine naso, nec cognitio eius possibilis est sine nasi cognitione. Dato per impossibile quod esset separata magnitudo penitus a materia naturali, non cessaret esse magnitudo, sed si forma naturalis esset separata penitus a materia transmutabili, non esset res naturalis.

1. Ad argumentum dico quod maior vera est, sed minor falsa est; et dico quod naturalia dependent quantum ad suum fieri et suum esse, et sunt materialia, sed quia materialia non solum quantum ad suum fieri et suum esse dependent ex materia transmutabili, sed quantum ad intellectum et diffinitionem, ideo minus <abstrahunt. Minus> dependent mathematica et ideo magis abstrahunt.

Quaestio 9a.

Utrum materia sit causa per se

Quaeritur utrum materia sit causa per se.
Videtur quod non:

1. Illud est causa per se propter quam rem impossibile est aliter se haberi; sed materia non est huiusmodi, quia est illud quod res potest esse et non esse.

155 propter] praeter ms. 158 abstrahunt] abstrachant ms. 161 diffinitionem] animalis(?) add. et exp.

2. Item, illud est causa per se rei per quam res exit in esse; sed propter materiam non exit || res in esse, immo actione est, **f. 8rb** ergo etc.

Contrarium est in littera.

Item, illud ex quo fit quod fit et sine quo impossibile est ipsum fieri, est causa per se; sed materia est huiusmodi; ergo etc.

Quaestio 10a.

Utrum ista descriptio sit propria materiae: materia est illud ex quo fit aliquid

Quaeritur de descriptione materiae, utrum ista descriptio sit propria materiae: materia est illud ex quo fit aliquid.

Videtur quod non:

1. Privatio est illud ex quo fit; sed privatio non est materia. **15**

2. Item, quod contingit formae, non est proprium materiae: esse illud ex quo generatur quod generatur, contingit formae, non ergo materiae.

3. Item, illud ex quo generatur quod generatur, habet in se aliquid eius quod generatur: omne enim quod movetur habet aliquid eius ad quod movetur; sed materia in sua substantia considerata nihil habet illius ad quod movetur; ergo materia non est illud ex quo fit res.

Contrarium in littera: Materia est illud »ex quo fit <aliquid> cum insit«. **25**

Item, cui est proprium subici transmutationi per quam generatur quod generatur, ei est proprium esse illud ex quo fit aliquid: quod enim subicitur generationi est illud ex quo factum est generatum; sed materiae est proprium subici; ergo etc.

Quaestio 11a.

Utrum causa efficiens sit per se causa

Quaeritur utrum causa efficiens sit per se causa. **30**

9 Aristoteles, Phys. II (c.3, 195a 3-8).

24 Aristoteles, Phys. II (c.3, 193b 23-24).

Videtur quod non:

1. Illud est per se ad quod effectus sequitur de necessitate; sed ad causam efficientem non sequitur effectus de necessitate: si enim sit statuarius, non sequitur quod sit statua.

35 Contrarium in littera.

Item, illud cuius est movere ad productionem effectus per virtutem quae in ipso est, est causa per se; sed efficiens causa est huiusmodi; ergo etc.

Quaestio 12a.

Utrum haec descriptio efficientis »unde principium motus« sit propria

Quaeritur utrum haec descriptio efficientis <»unde principium
40 motus»> sit propria.

Videtur quod non:

1. Quod contingit fini, non est propria descriptio causae efficientis; sed »unde principium motus«, quod est descriptio causae efficientis, contingit fini; ergo etc.

45 2. Item, principium magnitudinis est unde principium motus a quo principio magnitudinis incipit aliquid movere; ergo ista descriptio non est propria causae efficientis.

3. Item, causa formalis differt ab efficiente; sed causae formali competit dicta descriptio; ergo etc.

Quaestio 9b.

50 Ad primam quaestionem dico quod causa per se dicitur dupliciter: uno modo quod potest in productionem effectus ex se quolibet alio circumscripto: sic materia non potest esse causa per se; unum enim genus causae non sufficit ad productionem effectus ad quem effectum plura genera causarum requiruntur.
55 Alio modo dicitur causa per se causa illa quae illud quod facit ad effectum, habet per virtutem quam in se habet, sic dico quod

50 dico] *s.l.*

35 Aristoteles, Phys. II (c.3, 195a 3-8).

Corp. Phil. V. — 15

illud causalitatis quod materia habet ad productionem effectus, habet per virtutem quam in se habet. Isto secundo modo materia est causa per se: principiat enim materia effectum, et hoc quo principiat, non habet ex alio, nec suus modus principiandi ⁶⁰ ad aliquod aliud genus principiandi <reducitur, sed est> in eodem genere causae.

1. Ad argumentum dico quod quaedam est causa quae est sufficiens, de tali habet maior veritatem; sed materia non est talis.

2. Ad aliud dico quod licet materia non sit causa actionis per ⁶⁵ quam res exit in esse, est tamen causa passionis, per quam passionem res exit in esse.

Quaestio 10b.

Ad aliam quaestionem dico quod aliquid fit ex materia, aliquid ex privatione, ex efficiente, ex forma. Si li 'ex' dicat circumstantiam causae materialis, sic propria descriptio materiae, ⁷⁰ si denotet circumstantiam aliarum causarum, non est propria. Alio modo est privatio illud ex quo et materia, quoniam privatio corrumpitur et materia manet.

1. Ad argumentum dico quod licet ex privatione fit illud quod fit, tamen non inest rei genitae, et est privatio principium per ⁷⁵ accidens, materia per se.

2. Ad aliud dico: quod contingit formae et materiae, aequivoce debetur 'ex': fit enim alio et alio modo ex materia et forma, ut patet.

3. Ad aliud dico quod maior non est vera. Ad probationem ⁸⁰ »omne quod movetur etc.«: ante tamen totum motum non est necesse quod habeat aliquid illius ad quod movetur; dum movetur, habet aliquid.

Quaestio 11b.

Ad tertiam quaestionem dico quod causa efficiens est per se causa, quia illud causalitatis quod efficiens confert ad effectum ⁸⁵

ex se habet ut patet in statuario qui in se habet illud quod infert effectum.

1. Ad argumentum dico quod maior veritatem habet de causa sufficiente. Solum enim illa causa infert suum effectum de necessitate quae est sufficiens. Causa efficiens non potest sequi in
90 duratione suum effectum, sequitur tamen naturaliter.

Quaestio 12b.

Ad aliam quaestionem dico quod haec descriptio est propria causae efficientis »unde est principium motus«, scilicet effective, et quanto efficiens fuerit prius, tanto magis sibi convenit, ut
95 primo motori, deinde motoribus mediis, ultimo proximo motori. Proximus motor non est unde principium motus ex se, sed ex quodam alio priori. Omnis enim motor non primus ex alio habet quod sit unde principium motus. Quod enim movet per virtutem quam habet in se est motor primus. Et ideo ista descriptio pro-
100 pria est causae efficienti, et maxime primo efficienti, ut primo motori.

1. Ad argumentum dico quod maior vera <est>. Ad minorem dico quod »unde principium motus« contingit fini, sed non effective. Efficienti contingit effective.
- 105 2. Ad aliud dico quod principium magnitudinis non est unde principium motus effective.
3. Ad aliud dico quod non contingit formae in quantum forma.

Quaestio 13a.

Utrum causa formalis sit causa per se

Quaeritur utrum causa formalis sit causa per se.
Videtur quod non:

1. Illud quod est effectus causarum non est causa per se; sed forma est effectus causarum: finis enim movet agentem, agens
5 materiam, materia formam; ergo forma non est causa per se, quia dependet ex materia in suo esse et fieri.

2. Item, causa est illud ad cuius esse sequitur aliud; sed forma non est aliud ab eo cuius est forma; ergo causa formalis non est per se causa.

Contrarium in littera.

10

Quaestio 14a.

Utrum ad physicum pertineat consideratio de forma

Quaeritur utrum ad physicum pertineat consideratio de forma.

Videtur quod non:

1. Ad quem pertinet consideratio, ad eum pertinet consideratio de omni forma, quia ratio formae salvatur in omni forma; sed ad physicum non pertinet consideratio de omni forma; ergo etc. 15

Contra: cuius est considerare totum, et partem; sed ad physicum pertinet considerare totum, ut corpus; ergo etc.

Item, qui considerat generationem, debet considerare causas generationis; sed forma requiritur ad generationem; sed physicus debet determinare generationem; ergo etc. 20

Quaestio 15a.

Utrum causa finalis sit causa per se

Quaeritur utrum causa finalis sit causa per se.

Videtur quod non:

1. Causa et principium sunt idem; sed finis non est principium generationis, ergo non est causa.

Contra: illud est causa per se a qua unaquaeque causarum 25 habet quod ipsa sit causa; sed a fine habet unaquaeque causa quod ipsa sit causa: efficiens enim a fine, forma ab efficiente; ergo finis est causa per se.

Praeterea, illud est causa per se propter quod omnia alia aguntur; sed omnia sunt propter finem; ergo etc. 30

11 pertineat] pertinet *ms.* 13 ad eum] non *ms.*

10 Aristoteles, Phys. II (c.3, 195a 3-8).

Item, quod satisfacit quaestioni quaerenti causam, illud est causa; sed finis est huiusmodi, ut patet; ergo etc.

Quaestio 16a.

Utrum descriptio »finis est illud propter quod omnia alia fiunt« sit propria causae finali

Quaeritur utrum haec descriptio »finis est illud propter quod omnia alia fiunt« sit propria causae finali.

35 <Videtur quod non:>

1. Illud quod convenit efficienti, non est propria descriptio finis; sed esse illud propter quod fit unumquodque pertinet efficienti; ergo non est propria descriptio causae finalis.

2. Item, compositum fit propter materiam, ergo esse illud 40 propter quod fit unumquodque, non est proprium fini; ergo etc.

Quaestio 13b.

Ad primam quaestionem dico quod forma est causa per se, quia illud quod forma confert ad esse rei cuius est forma, in ipsa forma est, non in quodam alio, et ideo forma per suam essentiam est causa eius cuius est forma, et non per quandam aliam rem 45 additam sibi, nec per aliam rem cui forma coniungitur, sed per se ipsam est causa. Et licet forma possit esse effectus quarundam aliarum causarum, ut efficientis et finis — nam forma rei est propter finem — et etiam ipsius materiae aliquo modo, tamen forma est causa et pars generati.

50 1. Ad argumentum dico quod non est causa illorum quorum est effectus, est tamen causa generati: nihil enim prohibet huiusmodi formam esse causam generati.

2. Ad aliud dico quod 'causa est ad cuius esse sequitur aliud', 1.8va ista propositio magis || verificatur in causis extrinsecis quae non 55 intrans; similiter potest verificare, quod est aliud, sicut totum est aliud a parte et compositum aliud a forma, quia compositum aliquid in se includit quod essentialiter differt a forma.

Quaestio 14b.

Ad aliam quaestionem dico quod de causa formali, quantum

ad suum fieri in materia et suum esse in materia et quantum ad omnia accidentia quae sibi contingunt causaliter propter hoc ⁶⁰ quod ipsa est in materia — propter quod est corruptibilis, quia materia potest transmutari ex omni forma ad quam ipsa transmutatur, et cum sic transmutatur a forma, corrumpitur forma: essentia enim formae non sufficit ad suum esse — et de forma sic considerata pertinet ad physicum consideratio. Sed de forma in ⁶⁵ quantum forma quae sit ratio formae universaliter, sibi non pertinet. Similiter de formis abstractis neque fieri neque esse in materia habentibus ad physicum <non> pertinet, et hoc est quod dictum fuerat in primo ubi dictum est quod ad metaphysicum pertinet de huiusmodi formis determinare. Rationes quae osten- ⁷⁰ dunt quod ad physicum pertinet determinare, procedunt quantum ad fieri et esse.

1. Ad argumentum in contrarium dico: maior vera est: qui considerat de forma in quantum forma, ad eum pertinet determinare de omni forma. 75

Quaestio 15b.

Ad aliam quaestionem dico quod causa finalis est causa per se, quia omnia quae fiunt propter finem, sive sint naturalia sive sint in artificialibus, propter aliquem finem per se fiunt, quia si non, esset processus in infinitum, quoniam iste finis propter alium, et ille propter alium, et nullo per se fine staretur, <et> erit ⁸⁰ infinitas quod est inconveniens. Oportet igitur in omni generatione ponere aliquem finem per se propter quem omnia alia sunt, et ipse non propter aliud. Ratio enim finis est, ut ipse non sit propter aliud, sed alia propter ipsum. Ille finis propter quem omnia sic fiunt, ex se habet quod confert ad esse rei. 85

1. Ad argumentum dico quod causa et principium in aliquo genere principii sunt idem, et cum dicitur »finis non est principium«, verum est, <sed non> accipiendo principium in quacumque acceptione et significatione principii: finis enim magnitudinis non est principium, in aliqua tamen significatione principii est finis ⁹⁰ principium, principium enim est nomen causae, et sic finis est

⁶⁹ Cf. p. 158, 23–26.

principium. Quod enim est ultimum in generatione, potest esse principium movens propter quod alia sunt.

Quaestio 16b.

Quod quaeritur de descriptione finis quod causa finalis est
 95 propter quam fiunt omnia, dico quod propria est causae finali.
 Si enim sit aliqua <res>, propter quam non fiunt alia, illa res non
 est finis.

1. Ad argumentum dico quod fiunt 'propter' efficientem, sed hoc est aequivoce, quia alio modo fiunt propter finem. Et forte
 100 qui diceret quod efficiens est ultimus finis omnium eorum quae facit propter se ipsum, et sic agens sit ultimus finis omnium eorum propter quae agit, ut idem in numero sit agens et ultimus finis actionum. Domificator facit fundamentum domus, sed domus non est ultimus finis, sed ultimus finis est seipsum salvare.
 105 Similiter est in naturalibus: alterat enim virtus vegetativa in corpore animalium et plantarum, et quis finis istius nisi ut corrumpatur forma nutrimenti et convertatur in substantiam membri, et sic tandem deveniatur ad hunc ultimum finem, scilicet quod vegetativa operatur, ut salvetur.
- 110 2. Similiter <cum> dicitur: quod convenit materiae, hoc est alio modo quam conveniat fini.

DICITUR AUTEM FORTUNA . . .

Quaestio 17.

Utrum aliquis effectus possit esse ex casu

Quaeritur utrum aliquis effectus possit esse ex casu. Videtur
 quod non:

1. Omne quod fit ex causa determinata, non fit ex casu; sed

100 qui] *fortasse scribendum: aliquis.* 101-104 *Aliqua deesse videntur.* 108
 scilicet] *sed(?) ms.*

1 fortuna] *forma ms.*

1 Aristoteles, Phys. II (c.4, 195b 31).

omne quod fit, <fit> ex causa determinata, ut ex hac causa et ⁵ non alia.

2. Item, illud quod fit ex causa sufficiente, non fit a casu, quia casus non sufficit ad productionem sui effectus; sed omnis effectus est talis; ergo etc. Si enim ipsa non sufficeret, effectum non produceret. ¹⁰

3. Item, illud quod fit ex causa respectu cuius suum esse est necessarium, hoc non fit ex casu; sed omne quod fit, fit ex causa respectu cuius suum esse est necessarium, quia nihil est cuius non legitima causa praecessit et subditur: omne quod gignitur, ex causa gignitur. ¹⁵

Contra, quaecumque fiunt non intenta, fiunt a casu: est enim casus inopinatae rei eventus; sed multa fiunt non intenta, ut fodiens fossam eum non intendens invenit thesaurum; ergo etc.

Item, illa quae coniungi accidit effectibus essentialibus alicuius causae, fiunt a casu; sed multa talia sunt. ²⁰

Item, omnis causa aliquem effectum habet; sed casus est de numero causarum; ergo etc.

Item, 6^o Metaphysicae: si nihil esset a casu, omnia fierent ex necessitate, sicut ex sole ascendente fit illuminatio; sed non omnia fiunt ex necessitate, quia tunc non oportet <re>t consiliari ²⁵ neque negotiari.

Ad hoc sciendum quod entia quae sunt in mundo habent quasdam actiones essentielles, et voco actionem essentialem alicuius causae in quam illa causa innata est secundum naturam, non virtute alicuius alterius entis vel causae. Et talis effectus cum ³⁰ sua causa semper est et de necessitate, cum illa causa non sit nata recipere impedimentum. Ille etiam effectus est cum sua causa essentiali sicut frequenter, si causa sit talis naturae quod possit recipere impedimentum, ideo est sicut frequenter. Et dico quandam causam non posse recipere impedimentum propter duo: ³⁵ unum est quod non sit virtus aequalis vel maioris virtutis

18 thesaurum] tesaurum *ms.* 23 esset] essent *ms.* 36 virtus] virtutis *ms.*

23 Aristoteles, Metaphys. VI (E, c.2, 1027a 8-13).

<respectu> illius causae, sicut primum principium in suis ac-
 tionibus non potest impediri, quia non est aliqua virtus aequalis
 vel maioris virtutis <respectu> principii primi quod possit eas
 40 impedire. Alio modo potest causa non recipere impedimentum
 in suis actionibus, quia si corrumpas causam, non fieri contingit
 effectum concludere, ut mors vivi: si causam corrumpas, se-
 quitur effectus de necessitate. Et dico aliam causam essentialem
 recipere impedimentum in suis actionibus propter agens virtutis
 45 contrariae, sicut actio solidi a liquoris virtute, aut quia deficit
 sibi passivum, aut quia passivum est contrariae dispositionis.
 Dico ergo quod ex causa per se quae non potest impediri in
 suis effectibus, sequitur semper effectus de necessitate. Ex causa
 etiam per se quae potest impediri, contingit effectus sicut fre-
 50 quenter, quia impedimenta secundum naturam rara sunt. Et ex
 hiis duabus causis non contingit effectus casualis, sicut vult
 littera. Est et alia causa per accidens, scilicet quia ex natura
 sua non est innata, ut effectum producat et quia in se non habet
 virtutem per quam ordinatur ad effectum, ideo non producit
 55 effectum per se, et quia producit effectum, est causa, et quia
 per aliud producit sibi concurrens, est causa per accidens, ut
 fodiens ex arte fodiendi essentialiter ordinatus est ad effectum
 qui est fossa, <si> invenit thesaurum cum effectus non est ex
 arte fodiendi, ideo est causa accidentaliter adiuncta; actioni enim
 60 fodientis adiungitur actio abscondentis, et ita per aliud, ut patet
 inspicienti, et dicitur accidentaliter coniungi. Intelligo duas res
 coniungi accidentaliter quae cum coniunguntur, una non habet
 virtutem sibi coniungendi aliam nec e converso, et sic utrique
 accidit coniunctio. Si enim actio fodientis haberet virtutem con-
 65 iungendi sibi actionem abscondentis, ex fodiente non fieret ac-
 cidentaliter inventio pecuniae. Sic ergo aliquid fit || ex casu per
 viam quae dicta est.

Sed remanet gravis dubitatio. Iam dictum est quod duae cau-

42-43 si—necessitate] *fortasse*: si causam [vitae] corrumpis, sequitur effec-
 tus [scilicet mors] de necessitate. 57 ad] a *ms.* 64 haberet] *co add. et exp.*
 66 fit] fit *iter.*

sae coniunguntur accidentaliter, ut patet, et contingit effectus fortuitus ex eis sic accidentaliter coniunctis. Tunc quaeret aliquis: ex quo istae duae causae coniunguntur ita quod non habent virtutes coniungendi, tamen earum coniunctio est ex aliqua causa superiori quae coniungit eas per se. Verbi gratia floret haec planta, floret et illa, virtus huius plantae non coniungit sibi virtutem alterius plantae, tamen ex causa superiori una, ex sole ascendente, *<est>* ut simul istae plantae producant suos flores. Et sic nihil a casu esset, et sequitur quod sic omne per accidens habet causam per se. Sed istae duae causae sunt causae per accidens, ergo sequuntur ad causam per se.

Item, quod una causa alii causae coniungitur, hoc est per motum, omnis motus est ex motore primo; sed motor primus unus est; ergo coniunctio omnium causarum habet unam coniungentem.

Contra: omnia quae habent unam causam ea coniungentem per se fiunt vel sicut semper vel sicut frequenter. Sed coniunctio actioni fodientis et actioni abscondentis non est sicut semper vel sicut frequenter, et ita illa quae accidentaliter coniunguntur *<non>* sunt sicut semper vel sicut frequenter, et ita non habent unam causam coniungentem se.

Praeterea, venit creditor ad forum et debitor similiter, sed coniunctio eorum accidentalis est, quia virtus unius voluntatis non potest coniungere sibi voluntatem alterius, ista nullam causam unam habent ea coniungentem per se, neque causam finalem — quia poterit creditor venire causa emptionis, similiter adire debitor causa videndi spectabilia — nec causam efficientem nec aliquam aliam causam. Et ita sequitur aliqua esse a casu.

Iam vides tria: quomodo aliquid fit ex casu, secundo quae causa potest dici casus, tertio quomodo aliquid pure potest fieri casualiter. Aliquid enim fit a casu et non a causa sibi determinata, quando aliqua causa agit propter aliquem finem et agit suum effectum in quem potest per se, et illa causa non habet virtutem coniungendi sibi aliam, ex eis tamen sic accidentaliter

coniunctis sequitur aliquis effectus fortuitus, et sic aliquid fit
 105 ex casu, quae etiam causa debet dici casus. Casus est illa causa
 quae non habet ordinem essentialem ad illum effectum qui pro-
 ducitur, ut fodiens respectu pecuniae non habet ordinem essen-
 tialem ad hunc effectum qui est invenire pecuniam. Apparet
 similiter tertium: cum isti causae coniungitur sibi accidentaliter
 110 alia, quae non habent aliquam causam coniungentem eas, neque
 finalem neque efficientem, ex eis sic accidentaliter coniunctis
 illud quod provenit ex eis est pure a casu.

Dicendum ergo ad quaestionem quod aliquid potest fieri pure
 ex casu ex duabus causis accidentaliter coniunctis quarum una
 115 non habet virtutem coniungendi sibi aliam neque aliam superio-
 rem eas coniungentem et casualiter coniunguntur.

1. Ad argumenta in contrarium dico: quaecumque habent
 causam determinatam — dico quod causa determinata duobus
 modis dici potest: uno modo causa distincta ab alia, ut illa
 120 causa, quae est signabilis, quae habet essentialem ordinem ad
 effectum ita quod effectus per se ex alia causa contingere
 〈impossibile est〉, ista est causa determinata, sicut eclipsis solis
 impossibile est quod contingat ex alia causa quam ex interpo-
 sitione alicuius stellae interpositae inter aspectum nostrum et
 125 solem. Alio modo est causa determinata, ut causa signabilis una
 est inter multas non habens essentialem ordinem ad effectum,
 et talis potest esse casus, ut fodiens est casus respectu auri quod
 invenit, et ita fodiens est causa determinata, est tamen inter
 multas alias causas.

130 2. Ad aliud dico quod aliqua possunt fieri ex causa sufficiente,
 tamen ex casu, et ita maior falsa est. Effectus enim talis fit ex
 multis causis quae sufficiunt ad productionem effectus, et quia
 illarum causarum coniunctio casus est, ideo effectus est casualis.

3. Ad aliud dico quod omne quod fit per se, fit ex tali respectu
 135 cuius suum esse necessarium est; quod autem fit ex causa per
 accidens, non fit ex illo respectu cuius effectus sequitur neces-
 sarius; et aliud est dicere effectum contingere de necessitate et

109 sibi] *superfluum videtur*. 111 efficientem] et *add.* 112 ex eis] *superfluum videtur*.

effectum esse necessarium respectu suae causae. Qui dicit effectum esse necessarium respectu suae causae per se, supponit illam causam per se, et verum dicit. Quia tamen ista causa per se 140 potest recipere impedimentum, ideo non est verum dicere quod omnis causa per se de necessitate inducit suum effectum. Dicebatur superius quod una causa potest accidentaliter coniungi alteri et e converso praeter hoc quod aliqua causa una superior sit quae illas coniungat, quia si sic, sequitur quod effectus fieret 145 sicut semper vel sicut frequenter. Sed istae duae causae coniunguntur ex se accidentaliter.

Ad rationes in contrarium dico quod causa per accidens habet aliquam causam coniungentem et debet reduci ad aliquam causam per se; cum igitur duae coniunguntur per accidens, ergo 150 etc., dico quod quaedam est causa alicuius effectus per accidens per aliud, cuius effectus illud aliud est causa per se, et tale per accidens sequitur ad causam per se, ut aurum est causa statuae per accidens per aliud, ut per statuarium, et talis sequitur ad causam per se. Alia est causa per accidens per aliud ita quod 155 illud aliud quod confert isti quod sit causa effectus quod non sit magis causa istius effectus quam illud, sed producit utrumque eorum ad effectum, quia coniunctio est accidentalis, et talis causa accidentalis non reducitur <ad causam per se>. Et talis est ista de qua loquimur. 160

Ad aliud dico quod coniunctio est per motum et omnis motus causatur a motore primo, et ita habent causam illas coniungentem, dicendum est ad hoc: causa mediata non est causa sufficiens alicuius effectus, et quia motor primus causa est multipliciter mediata respectu motuum per quos motus coniunguntur 165 istae causae, ex hoc sequitur quod non habent unam causam sufficientem coniungentem se: sine causa proxima non coniunguntur aliquae duae causae sufficientes ad se. Veritas tamen est quod nullus motus potest esse sine primo, quia tamen est causa mediata non est sufficiens talis coniunctionis causa, et ita duae 170 causae accidentaliter coniunctae non habent unam causam coniungentem.

164 multipliciter] *lectio dubia*.

138 sq. cf. Boethium de Dacia, De somniis (ed. Grabmann) 221, 11 sq.

Quaestio 18.

*Utrum duae causae per accidens coniunctae
faciant unam causam per se*

Quaeritur utrum duae causae per accidens coniunctae faciant
unam causam per se.

Videtur quod sic:

1. Illa est causa per se in qua est virtus productiva alicuius
effectus nullo alio conferente; in hiis duabus causis accidenta-
liter coniunctis est virtus productiva effectus nullo alio confe-
rente; ergo etc.

2. Item, illud est per se ex quo sicut semper vel sicut frequen-
ter et de necessitate procedit effectus; sed ex istis duabus etc.
semper provenit talis effectus; ergo etc.

3. Et confirmatur ratio. Dicimus enim illam causam esse cau-
sam per accidens quae non habet ordinem essentialem ad pro-
ductionem effectus, quia etiam non producit effectum nisi quo-
dam alio conferente. Tunc accipio casum lapidis et incessum
perpendicularem super caput hominis: istae duae habent es-
sentialem ordinem ad laesionem nullo alio conferente. Ergo etc.

Contra, ens per accidens non potest esse causa per se; con-
iunctio duarum causarum accidentaliter ens est per accidens;
ergo istae duae causae accidentaliter coniunctae non possunt esse
causa una || per se. Minor patet. Maior probatur per Commen-
tatore[m] in isto secundo contra illos qui dicunt quod motus caeli
est a fortuna, quod corpora caeli sunt causa istorum inferiorum,
ergo si eorum motus est a fortuna, omnia ista inferiora essent a
fortuna, et tota generatio, et ita illud quod est causa per acci-
dens non potest esse causa per se.

Ad quaestionem dico quod duae causae per accidens coniunc-
tae non sunt una causa per se, et ratio huius est, quia omnis illa
res quae est per accidens, quicquid eam sequitur, est ens per
accidens, et quia si motus superiorum essent a fortuna, omnis
effectus inferior esset a fortuna, ut vult Commentator, et quia

15 perpendicularem] *lectio dubia.* 28 est²] causa add.

20 Averroes, Phys. II, c.50 (Opera, Vol.IV [Venetiae 1562], fol. 67v—68r).

coniunctio duarum causarum accidentalium est ens per accidens, ideo quicquid ex hiis duabus causis sequitur, est ens per accidens.

1. Ad argumentum dico quod maior vera est, nisi illa res in qua est virtus producendi effectus sit ens per accidens.

2. Ad aliud dico quod minor falsa est, quia non sequitur ef-³⁵fectus sicut semper vel sicut frequenter ex istis duabus causis sic accidentaliter coniunctis, quia non sequitur effectus fortuitus nisi cum coniunctae sint. Earum autem coniunctio ex quo accidentalis est, raro est et in minori <parte>, et ideo minor falsa est. Et ideo tales duae causae non possunt facere unam causam⁴⁰ per se.

3. Ad tertium argumentum dico quod duae causae accidentales accidentaliter coniunctae non habent ordinem essentialem ad effectum quem producunt, quia earum coniunctio, ex quo accidentalis est, non habet ordinem essentialem.⁴⁵

Quaestio 19.

Utrum omnis effectus casualis habeat causam per se

Quaeritur utrum omnis effectus casualis habeat causam per se.

Videtur quod sic:

1. Omne per accidens reducitur ad per se; casus est causa per accidens; ergo casus debet reduci ad causam per se, et ita effectus casualis reducitur ad causam per se.⁵

2. Item, eadem causa in numero potest esse causa per se et fortuna, ut fodiens causa fossae per se, fortuna respectu inventionis auri, et sic si illud est possibile in causa, ergo in effectu; ergo etc.¹⁰

3. Item, omnis effectus qui contingit ex suis causis sicut semper vel sicut frequenter, habet causam per se; omnis effectus est huiusmodi, ut laesio capitis semper vel sicut frequenter ex lapide descendente contingit existentibus in tali dispositione; ergo etc.¹⁵

4. Item, illud habet causam per se cuius causa est motor primus; sed motor primus est causa omnis entis et non est causa per accidens; ergo etc.

Contra, omnis effectus qui habet causam per se, est effectus
20 essentialis; effectus fortuitus non est essentialis; ergo etc.

Item, omnis effectus habens per se causam potest habere scientiam; sed illud quod est a fortuna, non potest sciri, ut patet in isto secundo: »illud quod est a fortuna incertum est«, 6° Metaphysicae: »ens per accidens non potest sciri«; tantum scire pos-
25 sumus de ente per accidens, quoniam ipsum sciri non potest.

Ad quaestionem dico quod si tu quaeris utrum ille effectus qui fit ex causa quae casus est, posset fieri ex causa per se ente, planum est quod sic: inventio thesauri quae evenit ex fodiente qui hoc non intendit, et sic ex casu fit, ex alio qui hoc intenderet,
30 illud posset contingere. Si tu quaeris utrum ille effectus qui casualis est, tunc cum contingit ex causa quae casus est, habeat aliquam causam per se ex qua contingit, dico quod non habet causam per se sufficientem ex qua contingit, hoc est impossibile. Inventio enim thesauri contingit per accidens ex fodiente
35 et abscondente, tunc cum contingit impossibile est invenire causam per se ex qua causa sufficienter contingit. Licet motor primus sit causa per se effectus, tamen non est sufficiens, quia tunc causa mediata nihil faceret quae cadit inter effectum et causam primam quae est motor primus. Probatur illud idem per ratio-
40 nem sic: praeter causam sufficientem ad aliquem effectum impossibile est, cum tunc effectus contingit, quod aliquid aliud conferat ad productionem illius effectus. Cum igitur causa quae casus est aliquid conferat ad productionem effectus, ut fodiens respectu thesauri, ergo cum aliquis effectus qui casualis est fit,
45 impossibile est quod habeat aliquam causam sufficientem per se.

28 thesauri] tesauri *ms.* quae] qui *ms.* 31 est¹] habeat *add.* 34 thesauri] tesauri *ms.* 37 effectus] mediata *add.*

23 Aristoteles, Phys. II (c.5, 197a 31).—Aristoteles, Metaphys. VI (E, c.2, 1027a 20; 1026b 3-5).

1. Ad argumentum dico quod causa per accidens quae est causa per aliud ita quod illud aliud sufficit ad productionem effectus per se, reducitur ad causam per se; sed casus non est talis causa per accidens, quia aliquid fit pure ex casu nullam per se causam sufficientem habens, ut patet de primo motore. 50

2. Ad aliud dico quod in effectu non similiter erit sicut in causa, quia effectus casualis tunc cum contingit ex casu, non potest habere causam sufficientem, quia casus confert ipsi effectui, ut ille effectus fiat qui casualis est; fodiens enim confert auro; si haberet causam per se sufficientem, casus nihil conferret effectui 55 casuali.

3. Ad tertium dico quod minor falsa est, quia sic raro et in minori parte contingit coniunctio illarum causarum.

4. Ad quartum dico quod ex hoc non potes concludere quod effectus casualis tunc cum fit ex casu quod habeat causam per 60 se sufficientem, quia motor primus non est causa sufficiens effectuum mediatorum. Si esset causa sufficiens talium effectuum, tunc causae mediatae nihil conferrent. Ex hiis quae dicta sunt relinquo quod aliquis effectus pure casualis est etiam comparatus ad omnes causas quae sunt in mundo, ad totum ordinem 65 causarum usque ad causam penitus primam praeter causam suam, qui casus nullam habent causam per se sufficientem.

Quaestio 20a.

Utrum aliquis effectus possit esse casualis respectu primi principii simpliciter

Quaeritur utrum aliquis effectus possit esse casualis respectu primi principii simpliciter.

Videtur quod non:

Nullus potest esse effectus casualis respectu illius quod habet causalitatem super actionem cuiuslibet entis; sed primus motor 5 habet causalitatem super actionem cuiuslibet entis, quia est primus motor, ut patet similiter in lapide, baculo et manu, quia manus causat motum baculi et baculus motum lapidis, et ita manus respectu lapidis; ergo etc.

Item, effectus casualis non potest sciri ex illis causis respectu 10 quarum iste casualis est: cum enim vis scire aliquem effectum

per causam, numquam in tua consideratione quaeris causam accidentalem, sed causam per se. Si igitur est aliquis effectus casualis respectu primi principii, ab eo non potest sciri, et ita
16 in primo principio esset error.

Contra: si nullus esset effectus casualis respectu primi principii, omnia fierent ex necessitate, et ita neque consiliari etc.

Quaestio 21a.

Utrum omnia sint quae eveniunt ab aeterno sicut praeordinata

Quaeritur utrum omnia sint quae eveniunt ab aeterno sicut praeordinata.

20 Videtur quod sic:

Omnia quae eveniunt ex providentia divina, ab aeterno praeordinata eveniunt; sed omnia quae fiunt, praeordinata sunt a providentia divina, quia deus sollicitudinem habet circa omnia, ut Commentator vult.

25 Item, quaecumque fiunt ex causa una et aeterna, ab aeterno praeordinata eveniunt; sed omnia quae eveniunt, ex causa una eveniunt: motor enim primus est et ab aeterno, quia omnia nova eveniunt ex causis aeternis, quia unum novum non potest esse causa alterius novi.

30 Item, omne quod erit in mundo post hoc instans nunc, habet causas sufficientes ex quibus erit, quia si non, aliquid fieret sine causis, et sicut nunc, sic habuerunt ab aeterno; sed omnia quae erunt ab hoc instanti nunc habere causas et etiam habere causas sufficientes, hoc est ea praeordinari ab aeterno.

35 Contra:

1. Entia per accidens non sunt ab aeterno ordinata: ens enim per accidens ordinem non habet; sed multa evenientia sunt accidentia.

13 accidentalem] essentialem ms. 33 nunc] non ms. 34 ea] eam ms.

24 Averroes, *Metaphys.* XI (= XII), c.37 (*Opera*, Vol.VIII, fol. 320v); c.57 (*Opera*, Vol.VIII, fol. 338r). — *Phys.* II, c.75 (*Opera*, Vol.IV, fol. 75v). — *De anima* II, c.34 (ed. Crawford, p.182, n.53-58).

2. Item, si omnia essent praeordinata ab aeterno, omnia evenirent ex necessitate, cum ista praeordinatio non posset esse sine providentia divina quae interfugiri non potest, et sic nihil a fortuna, quod est contra Aristotelem.

Quaestio 20b.

Ad primam quaestionem dico quod nullus effectus potest esse casualis respectu primi principii simpliciter, et ratio huius est: agens per cognitionem quod nihil agit ignorans, non potest agere aliquid ignorans nec potest facere aliquid a casu, quia fodiens fossam, || quia facit per cognitionem fossam, ideo fossa est effectus essentialis; sed agit ad inventionem thesauri ignorans, ideo inventio auri est casualis. Sed primum principium omne quod agit, agit per cognitionem; ergo nullus effectus respectu primi principii erit casualis.

Item, accipiendo duas suppositiones: una est quod causa respectu cuius effectus dicitur casualis, producit effectum per aliquid aliud accidentaliter concurrens, ut patet in fodiente inveniente aurum, quia actio abscondentis sibi accidentaliter concurrat. Secunda suppositio est quod quaedam causa quae casus est, non habet virtutem coniungendi sibi aliam causam quae sibi accidentaliter concurrat, quia si haberet talem virtutem, tunc alia causa sibi accidentaliter non concurreret, ut patet de fodiente et abscondente. Cum igitur primum principium simpliciter habet virtutem super actionem omnis entis, quia est primus motor, ergo respectu primi motoris non potest esse aliquis effectus casualis.

Ad argumentum in contrarium dico quod non oportet omnia evenire de necessitate, si primum principium est causa, et causa est: licet nullus effectus casualis respectu primi principii sit, sed primum principium est causa omnis entis per se, quia tamen non est causa immediata, sed sunt multae causae mediatae, ideo

48 thesauri] tesauri *ms.* 68 sed] *in marg.* mediatae] mediae(?) *ms.*

42 Aristoteles, *Metaphys.* VI (E, c.2, 1027a 8-20).

ex eis potest evenire aliquis effectus casualis, quia mediatae cau-
 70 sae sunt causae per accidens. Item, quia tamen causae mediatae
 inter quaedam entia et primum principium, et istae causae me-
 diatae possunt impediri in suis actionibus, ideo effectus potest
 non fieri, et ita consiliari <potest>. Sed quaeris de immediatis
 effectibus primi principii. Dico quod effectus immediatus primi
 75 principii non potest dici casualis respectu primi principii.

Item, primum principium est causa omnis eius effectus imme-
 diate, nec potest recipere impedimentum in suis actionibus, quia
 producit effectum per cognitionem, et sic talis effectus contingit
 de necessitate, et ista ratio est ad conclusionem.

80 Item, primum principium est unius voluntatis ab aeterno et
 alterius esse non potest. Et hoc probatur: omne quod est unius
 voluntatis et alterius esse potest, hoc est transmutabile, ut homo;
 sed deus sive primum principium oportet esse intransmutabile;
 ergo etc. Cum igitur volitum procedit a voluntate secundum for-
 85 mam voluntatis, et primum principium fuit unius voluntatis ab
 aeterno et alterius esse non potuit, sic erunt effectus primi prin-
 cipii sicut sunt ex ipso, sic de necessitate sunt et aliter ex ipso
 esse non possunt.

Quaestio 21b.

Ad aliam quaestionem dico, quod omnia sicut eveniunt, sic prae-
 90 ordinata sunt ab aeterno, et ratio huius est: omnia quae in mun-
 do erunt post hoc instans nunc, habent causas sufficientes ex qui-
 bus erunt, quia si non, tunc fieret aliquid praeter causas suffi-
 cientes, et sicut omnia quae in mundo erunt post hoc instans,
 habent nunc causas sufficientes vel causarum causas ex quibus
 95 erunt, sic et ab aeterno habuerunt. Nihil enim umquam factum
 est vel erit quod non habuit causas ab aeterno. Entia autem
 quae sunt in mundo, dicuntur habere ab aeterno causas suffi-
 cientes ex quibus erunt, hoc est ea praeordinari ab aeterno.
 Et haec est positio manifesta de se. Ex hoc non potest contingere
 100 quod omnia fiunt ex necessitate. Sicut enim omnia quae fiunt
 in mundo, ab aeterno praeordinata sunt, sic et omnia quae fiunt,

ab aeterno praeordinata sunt fieri ab aeterno et fieri actiones ex quibus fiunt. Nunc autem multa quae fiunt, ex causis quae impediri possunt fiunt, et hoc est ea fieri non ex necessitate. Nam hoc argumentum est bonum: causa potest impediri in sua 105 actione, ergo ipsa potest effectum non producere. Tria dicta sunt unde quod omnia quae eveniunt sic praeordinata sunt ab aeterno et ratio super hoc.

1. Ad argumentum dico quod sicut entia per accidens fiunt per accidens, sic ipsa fieri per accidens praeordinata sunt ab 110 aeterno. Scis bene quod causae aliquae quae producant effectum per accidens, alterius effectus possunt esse causa per se, sic effectus per accidens fit ex aliqua causa quae est causa per se alterius effectus; et quia causae per se praeordinatae sunt ab aeterno, sic et praeordinantur per accidens ad effectus casuales, nec prop- 115 ter hoc erunt effectus per se de necessitate, neque effectus casuales, quia istae causae possunt recipere impedimentum, ideo non producant effectum de necessitate neque similiter eveniunt effectus casuales de necessitate.

2. Ad aliud dico quod non oportet quod eveniant de necessi- 120 tate, et ratio est: effectum evenire ex causis quae possunt impediri, est ea evenire non de necessitate, et quia simul stant entia evenire ex causis quae impediri possunt <et> esse praeordinata ab aeterno, ideo simul stant quod praeordinata sunt ab aeterno, et tamen ipsa non evenire de necessitate. 125

Quaestio 22.

*Utrum deus possit habere certam scientiam futuri
contingentis ad utrumlibet*

Quaeritur utrum deus possit habere certam scientiam futuri contingentis ad utrumlibet.

Videtur quod non:

Quamdiu aliquid non sequitur in causam necessariam, per illam sciri non potest: scire enim est per causam cognoscere 5

quae impossibile est aliter se haberi; sed futurum ad utrumlibet non potest reduci in causam necessariam, quia est contingens ad utrumlibet.

Item, si sic, aut ergo habet illam cognitionem sine causa, aut
 10 per causam necessariam, aut aequalem. Sed deus non potest habere cognitionem certam futuri ad utrumlibet sine causa, quia sine causa non scitur aliquid; aut quia nihil <non> habens causam potest sciri; neque per causam necessariam, quia contingens ad utrumlibet non habet causam necessariam; nec per causam
 15 aequalem quae est indifferens ad hoc quam ad suum oppositum, quia sic non magis sciret hoc quam suum oppositum esse futurum. Ergo deus non potest habere certam cognitionem de futuro contingenti ad utrumlibet.

Item, futurum contingens est illud cui est possibilitas ad oppositum, quia non esset ad utrumlibet nisi ei inesset possibilitas ad oppositum; sed cum certa scientia dei de aliquo futuro non fit illi futuro possibilitas ad oppositum: quod enim tollit potentiam posse poni in actum, tollit potentias, sed certa scientia dei de tali futuro tollit poni in oppositum.

25 Item, illud quod est aequale ad esse et non esse secundum naturam suam, non potest sciri in altero istorum; futurum ad utrumlibet est huiusmodi; ergo deus non potest habere certam scientiam de futuro contingenti.

Item, deus non potest illud scire quod sciri non potest; sed
 30 accidentia casualia non possunt sciri, 6° Metaphysicae: ens per accidens non potest sciri; ergo etc.

Contra:

1. Deus habet cognitionem omnis entis, et ratio est, quia deus est causa omnis entis et habet cognitionem sui ipsius, et perfecta
 35 cognitio causae est perfecta cognitio omnis effectus; sed eventus
 f. 4va futuri est aliquid ens, ergo etc. ||

2. Item, si non, tunc alicuius ignorantia in eo caderet, quod est inconueniens.

9 sine causa] per causam *ms.* 35 sed] ergo *ms.*

30 Aristoteles, Metaphys. VI (E, c.2, 1027a 20; 1026b 3-4).

Ad quaestionem dico quod hic tria intelligenda sunt: quod aliqui effectus sunt ad utrumlibet non solum propter materiam 40 quae aequalis est ad oppositum, sed propter causas agentes. Quod aliquid sit ad utrumlibet a parte materiae planum est, et ideo, cum materia sit sic aequalis ad utrumlibet, hoc est quantum est a parte materiae. Ex parte autem causae moventis aliquid est ad utrumlibet. Est tamen sciendum quod est quae- 45 dam causa agens ex qua sequitur effectus de necessitate, cum non sit nata recipere impedimentum. Alia est ex qua contingit sicut frequenter, et respectu talium causarum non est aliquis effectus ad utrumlibet. Est tamen causa agens quae si sit in genere causae moventis, tamen contingit signare effectum qui 50 non est possibilis ex tali causa: virtus motiva orbis, etsi cadit in genere causae agentis, tamen effectus eclipsis solis non est possibilis evenire, et talis effectus non dicitur ad utrumlibet respectu talis causae. Est tertia causa movens ex qua potest effectus fieri et non fieri aequaliter, ista ultima est trium cau- 55 sarum quae dictae sunt. Contingit enim effectus ex illa causa effective cum alia causa sibi coniungitur, et cum alia causa sibi non coniungitur, non provenit ille effectus. Et quia sibi potest alia causa coniungi et potest non coniungi, ideo ex ea potest effectus contingere et potest effectus non contingere. Casus enim 60 ad genus causae agentis reducitur. Verbi gratia fodiens non est talis causa ex qua contingit inventio auri de necessitate, nec sicut frequenter, nec sicut nullo modo ex eo potest esse inventio auri, et vides tamen quod inventio auri potest contingere et potest non contingere. Si coniungitur sibi alia causa, contingit, 65 si non, tunc non contingit, et ideo Aristoteles libro Priorum distinguit triplex genus contingentis, ut ibidem patet.

Secundo intelligendum quod contingens ad utrumlibet relatum in illas causas respectu quarum dicitur ad utrumlibet, ipsum potest bene sciri quod est ad utrumlibet, ut sciendo istas causas 70 sciri potest quod est contingens ad utrumlibet.

49 si] *iter*. 51 orbis] *arbis(?) ms.* 59 coniungi²] *et add.*

66 Aristoteles, *Prior. Analyt.* I (c.3, 25a 37 sqq.; c.13, 32b 4-14).

Tertio sciendum quod contingens ad utrumlibet, in quantum est ad utrumlibet, non potest sciri utrum ipsum fiat vel non. Probo: si accipias contingens ad utrumlibet, in quantum est ad
 75 utrumlibet, non potest sciri utrum ipsum fiat vel non, et ratio huius est: quod est aequale ad esse et non esse, fore et non fore, non potest sciri in altero illorum, quia si est aequale, tunc si sciretur determinate in altero istorum, esset oppositio inter rem et scientiam quae est de illa. Sed contingens ad utrumlibet, in quan-
 80 tum tale, est aequale ad esse et non esse, et ideo res ad utrumlibet respectu causarum quarum est ad utrumlibet non potest sciri, et ita deus non potest habere certam scientiam de futuro ad utrumlibet in quantum tale, quod si illud debet sciri, oportet quod reducatur ad aliam causam quae non est ita aequalis ad
 85 esse et non esse. Et ideo rationes ad hanc partem concedo.

1. Ad argumentum in oppositum dico quod deus non habet cognitionem illius rei per causas per quas illud dicitur ad utrumlibet, sed per alias.

2. Ad aliud dico: verum est, si illam rem quae dicitur ad
 90 utrumlibet, non cognosceret per alias causas quam per illas per quas dicitur ad utrumlibet, sic esset ponere in eo ignorantiam. Sed cognoscit illud per alias causas.

Quaestio 23.

*Dato quod deus habeat certam scientiam futurorum
 contingentium ad utrumlibet, utrum cum
 certa scientia divina stat eventus fortuitus illorum*

Quaeritur, dato quod deus habeat certam scientiam futurorum contingentium ad utrumlibet, utrum cum certa scientia divina stat eventus fortuitus illorum.

Videtur quod non:

- 5 1. Omnia quae fiunt de necessitate, non eveniunt casualiter; sed omnia praeordinata a deo eveniunt de necessitate, quia si non, tunc non sciret ipsa.

80 est] non est *ms.* et non esse] *in marg.*

7 ipsa] ipsum *ms.*

2. Item, quod est praescitum a deo, aut potest evenire aut non; si non, tunc habeo propositum: si potest non evenire, ponitur quod non eveniat, et sic non praesciet deus; ergo cum 10 certa scientia divina non potest stare eventus fortuitus.

3. Item, quod nunc praesens est deo, non potest non fieri; sed omnia quae fiunt in tota latitudine temporis, nunc deo sunt praesentia, quia nihil est ei futurum: futurum enim non est nisi solum in illo in quo est aliqua expectatio quod est in tempore; 15 ergo etc.

Contra: omne quod fit a casu, qui casus habent eventum casualem a quocumque sciuntur <habent eventum casualem etiam cum a deo sciuntur>: sed multa talia futura fient; ergo etc.

Ad istam quaestionem dico quod cum certa divina scientia 20 futurorum stat eventus casualis eorum, <quod> possunt contingere et non contingere. Ad cuius evidentiam tria scienda: unum est quod sequitur 'hoc praescitum est a deo, ergo eveniet'; si enim iam determinatum est apud scientiam divinam quod b erit et b non fieret, tunc erit oppositio inter scientiam divinam et rem 25 quam illa scientia significat, quod est inconveniens. Secundo intelligendum est: sequitur 'praescitum est a deo quod b erit, ergo b de necessitate erit', si li 'de necessitate' dicat necessitatem consequentiae; si necessitatem consequentis, non sequitur, sicut si dicam 'Socrates currit, ergo de necessitate movetur' verum est, 30 si dicat necessitatem consequentiae; si consequentis, falsum est. Si arguas: antecedens est necessarium, ergo consequens est necessarium, ergo cum hoc antecedens 'b fore esse praescitum' est necessarium, ergo b de necessitate eveniet, dico: quod est antecedens quod non solum est causa consequendi, <***> non 35 est verum sicut est in proposito, quia scientia dei non est causa sufficiens effectuum mediatorum, quia sic causa mediata nihil conferret. Tertio intelligendum quod praescientia divina, qua deus scit futura, evenientibus futuris non imponit necessitatem, hoc contingit sic intelligere: licet deus certam cognitionem ha- 40 beat de futuris contingentibus, eorum tamen taliter habet scien-

tiam, qualiter evenient, et per tales causas, quia si non haberet per tales causas eorum cognitionem, tunc esset oppositio inter scientiam divinam et rem quam significat illa scientia, et non
 45 esset scientia, sed error. Sed futurorum multa evenient ex causis quae possunt impediri, et talia non evenient de necessitate, et ideo certa praescientia divina futuris evenientibus non imponit necessitatem. Omnia tamen evenient quae ab aeterno a deo sunt praescita, et est forma eventus iuxta formam praescientiae.
 50 Scit futura evenire per causas quae possunt impediri, et ita ea
 f. 4vb scit possibilitate non eveniendi, numquam tamen non || [[fient. Sed quia praescita ab aeterno ex suis causis eveniunt, ideo eventus contingunt de necessitate]] propter praescientiam divinam, contingenter propter causas quae impediri possunt.
 55 Sed iam surgit difficultas: quid valet tunc consilium, quid actiones humanae, si omnia sic eveniunt de quolibet homine quod et qualiter a deo praescitum est ab aeterno. Ista tamen pars tenenda est quod de quolibet homine hoc evenit sicut praescitum est a deo et de quolibet, nec erit oppositio inter praescientiam divinam et res quas significat illa scientia, et valet consilium
 60 et huiusmodi. Scis bene quod homo in toto uno die aliqua faciat consilia et ex illis consiliis si potest declinare, non tamen declinat, agebat quodlibet istorum cum possibilitate non faciendi, et valuit tunc consilium ad actiones et actiones ad finem et totum
 65 ad finem. Modo cum fingebas quod esset oculus qui omnia praedicta inspiceret sicut tu in toto die egisti, videt quod ista consilia et actiones et similia fierent cum possibilitate non faciendi, et vidit quod ab istis non declinabis. Dato quod iste oculus vidisset hoc ab aeterno cum possibilitate non faciendi, tamen
 70 oculus nullam necessitatem imponit, et tamen consilia et actiones et omnia talia valent eodem modo. Aliqua consilia et actiones

46 impediri] taliter effectus add. 51 possibilitate non] non possibilitate ms.
 51-53 fient—necessitate] *Hic prima linea in vertice folii ms. a glutinatore voluminis partim desecata est, textum sic mutilatum per coniecturam restituere tentavimus.* 57 a deo] ab eo ms. 62 consiliis] 9'at ms. 64 consilium ad actiones et actiones] *conieci ex .9. ad ac & ac.* 66-67 consilia et actiones] *conieci ex .9. & ac.* 68 declinabis] *declinabit ms.* 70 consilia et actiones] *conieci ex .9. & ac.* 71 consilia et actiones] *conieci ex .9. & ac.*

et similia insunt homini in tota vita sua, et ex talibus non declinabit, potuit tamen declinasse, et ideo dato quod cuilibet homini eventus eveniet sicut praescitum est a deo, tamen habet consilia et actiones et cetera talia.

75

Hiis visis facile est respondere ad rationes. Dicebatur superius quod certa praescientia divina de futuris ad utrumlibet et eventus eorum ad utrumlibet bene se compatiuntur, et tamen omnia quae ab aeterno a deo sunt praescita, sicut praescita sunt, sic eveniunt, et erit forma eventus iuxta formam praescientiae, ita ⁸⁰ quod non est bona consequentia: 'Praescitum est a deo quod b eveniat, ergo b erit'; et ratio huius est, quia si iam esset determinatum a deo quod est praescitum et illud non eveniret, esset tunc oppositio inter scientiam divinam et rem quae scitur. Et iterum dicebatur: hoc est praescitum a deo, ergo hoc de neces- ⁸⁵ sitate eveniet, si li 'de necessitate' dicat necessitatem consequentiae et non consequentis, quia contingens potest habere consequentiam necessariam: sicut Socrates currit, ergo de necessitate movetur, similiter eventus futuri contingens est, est tamen necessarium respectu scientiae dei. Dicebatur quod praescientia ⁹⁰ dei non imponit evenientibus rebus necessitatem, et ratio fuit, quia si deus habeat scientiam futurorum ad utrumlibet, habet eorum scientiam sicut evenient, et per eorum causas, quia aliter non esset scientia iuxta formam rei scitae, per quam formam nata est res sciri. Sed multa contingentia eveniunt quae impediri ⁹⁵ possunt, quia potest causa impediri, quia facit suam actionem cum possibilitate non faciendi, et ideo contingentia ex suis causis de necessitate evenient contingenter, et licet quicquid praescitum est de aliquo homine ab aeterno, haec evenient sibi, tamen valent consilia etc. quod illud patet supra. Unde deus ab aeterno ¹⁰⁰ praevidit, et non declinabit ab actione quam praevidit; sed potest declinare, et ideo futura contingentia ad utrumlibet, licet fiant et praesciantur a deo, fiunt tamen cum possibilitate non fiendi, et ita praescientia dei contingenti futuro ad utrumlibet non imponit necessitatem, et ita cum certa praescientia ¹⁰⁵

75 consilia et actiones] *conieci ex .9. & ac.* 100 valent] *conieci ex uñt.* 105 ita] *ista ms.*

divina futurorum contingentium ad utrumlibet stat eorum eventus fortuitus, nec potest ex hoc sequi aliquid difficile.

1. Ad argumentum dico quod minor falsa est, si li 'de necessitate' dicat necessitatem consequentis, quia eveniet ex causis
 110 quae possunt impediri, et non sequitur 'possunt non esse, ergo non praesciuntur'. Quod enim de necessitate scitum est, potest evenire contingenter.

2. Ad aliud dico quod non potest poni inesse, et ratio huius est; quodcumque duae propositiones, una de inesse et alia de
 115 possibili, <se> compatiuntur, et actus illius de possibili repugnantiam habet illi de inesse, cum tamen illa propositio de possibili non repugnat, non debet poni inesse. Et hoc est quod dicitur libro Priorum quod quando ex positione possibilis inesse resultat repugnantia quae prius non erat, ipsam non debet poni inesse.
 120 Sic est in proposito, quod est praescitum per causas quae possunt impediri, et quia praescitum esse a deo a evenire et a posse non evenire se compatiuntur, sed si ponatur inesse, tunc habent repugnantiam, quia non se compatiuntur 'hoc est praescitum a deo, ergo non eveniet', et ideo non potest poni inesse.

125 3. Ad aliud dico quod maior vera est, sicut sibi praesens, sic non potest non fieri. Sed futurum non est nisi solum ubi fuerit aliqua expectatio in tempore. Sed futura sunt praesentia per eorum cognitionem, sed non secundum esse, et ideo non sequitur 'sunt praesentia, ergo non possunt non fieri', quia ei sunt praesentia per eorum cognitionem. Si autem sibi essent praesentia
 130 secundum esse, tunc non possent non fieri.

Quaestio 24.

*Utrum in caelestibus possit aliquid fieri a casu
 et a fortuna*

Quaeritur utrum in caelestibus possit aliquid fieri a casu et a fortuna.

Videtur quod non:

121 esse] est *ms.* posse] non posse *ms.* 125 sic] quae *vel* quod *ms.*

118 Aristoteles, Prior. Analyt. I (c.13, sqq., 32a 15 sqq.).

1. in littera.

2. Item, quae semper fiunt secundum ordinem consuetum et eundem, non fiunt a casu nec a fortuna; sed omnia quae fiunt in caelestibus sunt huiusmodi; ergo etc.

3. Item, si motus, coniunctiones et aspectus stellarum essent a fortuna, cum illa sint causa istorum inferiorum, omnia ista inferiora essent a casu et fortuna, quod est inconueniens. 10

Contra: quod agit aliquid per aliquid sibi accidentaliter concurrens, hoc agit aliquid a casu; caelestia sunt huiusmodi, quia sol agit hic aliquem effectum per hoc quod Saturnus sibi concurrit, quem de se non faceret; ergo etc.

Item, motori moventi solem ad circulum meridionalem accidit lunam sibi ibidem concurrere et solem eclipsari, quia motor solis non coniungit soli actionem motoris lunae; illud non esset nisi in corporibus supracaelestibus aliquid esset a fortuna.

Ad istam quaestionem dico quod aliquando dicitur, quia nullus motus, nulla coniunctio stellarum, nullus aspectus potest fieri a fortuna, nec aliquis effectus inferior ex stellis potest fieri ex casu, et ratio huius est, quia illa quae fiunt semper secundum eundem ordinem et semper in temporibus determinatis, nec impediuntur, nec fiunt a casu. Dico quod aliter est. Quilibet motus appropriatus orbi natus est movere unum orbem ita quod prius motor unius non habeat virtutem coniungendi sibi actionem alterius, motori tamen uni qui movebat suam planetam <accidit> quod sibi concurrat luna, similiter motori lunae accidit quod sol sibi coniungatur et fiat eclipsis solis, et sic aliquid fit || [** * * motuum propriorum respectu motoris primi qui f. 9ra* coniungit illa ad invicem *]] nihil fit a casu, et ideo verum dixerunt illi qui dixerunt quod inspiciendo ad omnes motores qui in*

27 qui] quod ms. 30-31 [**** invicem*]] *Hic etiam prima verba primae lineae in vertice paginae ms. propter deseccionem desiderantur et subsequencia solum per coniecturam restitui potuerunt.* 33 caelo] *corr. in marg.*

caelo sunt, nihil fit a casu nec a fortuna, respiciendo tamen ad proprios motores, aliqua fiunt a casu, ut supra patet.

35 Per hoc patet ad rationes.

Quaestio 25.

*Utrum redeuntibus omnibus corporibus caeli ad eosdem
situs in quibus modo sunt, utrum oporteat mundum
redire ad omnes dispositiones in quibus modo est*

Et quia facta est mentio de coniunctione stellarum et effectuum in istis inferioribus, quaeritur utrum redeuntibus omnibus corporibus caeli ad eosdem situs in quibus modo sunt, utrum oporteat mundum redire ad omnes dispositiones in quibus
5 modo est.

Videtur quod non:

1. Dicit Aristoteles 2° De Generatione: actiones essentielles stellarum recipiunt impedimentum in istis inferioribus, et Ptolemaeus quod medicus peritus in astris praecognoscens effectum
10 quem stellae possunt facere in corpore humano, potest corpus humanum convertere in alias dispositiones; ergo etc.

2. Item, corporibus caeli mutatis secundum situm potest aliquod corpus inferius manere in dispositione in qua prius erat, quia si non, tunc cum corpus caeli movetur circulariter secundum
15 situm, quodlibet corpus inferius mutaretur secundum suam dispositionem quod dicit Heraclitus, quem reprobatur Aristoteles 4° Metaphysicae; ergo etc.

3. Item, effectus accidentales qui sunt in mundo inferiori non sunt necessarii; si tamen mutationibus caeli reversis ad situm
20 quem habent deberet mundum reverti, tunc omnes effectus inferiores essent necessarii, quod est inconueniens.

4 oporteat] oportet ms. 8 Ptolemaeus] Tholomeus ms. 16 Heraclitus] Eraclitus ms.

7 Aristoteles, De gener. et corrupt. II (c.10, 336b 20-25).

8 Ptolemaeus, Quadripartitum, Lib. I, c.3 (ed. Robbins, Cam.p. 13).

16 Aristoteles, Metaphys. IV (Γ, c.5, 1010a 7-15).

4. Item, ipsis reversis non oportet reverti illa quae sunt effectus virtutis illius quae non dependet ex mutationibus caeli; sed multi tales sunt effectus, ut effectus animae rationalis.

Contra: caelum habet necessitatem super effectum omnis entis ²⁵ quod ens agit sicut a caelo agitur: tota natura quae sub orbe est, agit sicut a caelo agitur: quando enim plantae et animalia agunt de novo sua subiecta nisi quae de caelo aguntur? Caelum enim est agens, corpus sub caelo existens est materia; ergo etc.

Item, quod diversificatur secundum formas diversificato caelo ³⁰ secundum situm, illud redibit quantum ad omnes formas et dispositiones caelo reverso; sed totus mundus inferior diversificatur caelo diversificato. Maior patet, et minor scripta est a Commentatore super XI^o Metaphysicae dicens quod elementa, neque ea quae ex elementis sunt, diversificantur nisi diversificantur supra- ³⁵ caelestia.

Item, redeunte caelo ad eundem situm quem modo habet, oportet illud redire ad suas dispositiones quod regitur a caelo; sed totus mundus inferior est huiusmodi. Minor patet per Aristotelem libro Meteororum. ⁴⁰

Item, omne quod fit hic inferius, reducitur ad corpus primum sicut ad causam suam: omne enim novum debet reduci ad causas aeternas, nullum enim novum potest esse causa sufficiens alterius novi; si autem reversis mutationibus caeli non rediret dispositio omnis inferior, tunc esset hic aliquid inferius quod non ⁴⁵ esset causatum a superioribus, quod est inconveniens.

Item, redeunte una stella, ut sole, redit omnis effectus qui prius erat: quomodo potest negare aliquis de sole hoc quod eo redeunte etc. redibit tota dispositio inferior? Et declaretur: videmus quod quaedam stellae quae generant humida, si ipsae ⁵⁰ congregantur in caelo, corrumpunt siccitatem, et convertunt ter-

37 habet] habent *ms.* 38 regitur] reguntur *ms.* 40 Meteororum] Metheorum *ms.*

34 Averroes, *Metaphys.* XI (= XII), c.18 (Opera, Vol.VIII [Venetiae 1574], fol. 305r).

40 Aristoteles, *Meteor.* I (c.2, 339a 22-23).

ram in maria, et redeuntibus stellis virtus contraria maria illa convertit in terram, et ita si totum caelum revertitur, multo magis.

- 55 Item, Commentator 8° Physicorum recitat: philosophi quidam dubitaverunt quomodo ex aliquo ente ingenito et aeterno possint causari novi effectus, devenerunt in hoc quod corpus caeli esset generabile secundum situm, ingenerabile secundum se, et ita secundum diversitatem situum caeli diversificantur effectus
60 inferiores.

Ad istam quaestionem dico primo praemittendo quasdam suppositiones per se manifestas, quarum prima est quod effectus non potest sequi suam causam sufficientem in duratione etsi naturaliter eam sufficienter sequatur, cuius causa est, quia si ali-
65 quando est causa sufficiens alicuius effectus et ex ea non contingit effectus, et postea fiat effectus cum illi causae nihil additum est, tamen prius fuit sufficiens, esse aliquid erit factum sine causa, quod est impossibile. Secunda suppositio quod identitas illius effectus necessaria est respectu identitatis causae sufficientis,
70 quia idem in quantum idem semper facit idem. Tertia suppositio quod aeternitas effectus necessaria est respectu aeternitatis causae sufficientis, et ista sequitur ex prima quod effectus non potest sequi suam causam sufficientem in duratione. Quarta suppositio est quod omne novum debet reduci de necessitate
75 in causas aeternas. Et probatur ista suppositio: manifeste omne novum causam habet; si illa causa novum quid est, habet aliam causam, et sic erit abire in infinitum. Nullum enim novum generabile potest esse causa sufficiens alterius novi generabilis, immo omne novum debet reduci in causas aeternas.

80 Ex hiis quatuor ad propositum dico quod reversis om-

52 virtus] veritas *ms.* 56 ingenito] ingeniti *ms.* possint] possunt *ms.*
57 novi] novos *ms.* 68 identitas] ydemptitas *ms.* 69 identitatis] ydempti-
tatis *ms.*

55 Averroes, Phys. VIII, c.15 (Opera, Vol.IV [Venetiae 1562], fol. 352r).

62-65 Cf. Boethium Dacum, De aeternitate mundi (ed. Sajó 169-170; cf. 682sq.).

77-79 Cf. Boethium Dacum, De summo bono (ed. Grabmann 215, 7-9).

nibus corporibus caeli ad situm et constellationes quas modo habent redibit totus mundus inferior ad omnia illa de necessitate quae nunc sunt in mundo inferiori sufficienter ex eis. Et ideo dicit Ptolemaeus quod iudicia astronomorum certiora sunt in hiis quae manifesta necessitate ex orbe reguntur. Hoc est ⁸⁵ quod dicitur libro Meteororum quod stellae regunt mundum. Similiter Averroes super XI° Metaphysicae: sicut corpora supracaelestia transmutantur secundum situm, <* * *>. Similiter Aristoteles in alia translatione super librum Meteororum: »est igitur totus mundus qui sub orbe est continuus superioribus ⁹⁰ lationibus, ut omnis eius virtus inde gubernetur«. Ideo Aristoteles 8° Physicorum probans quod nec una causa generabilis nec omnes causae generabiles possunt esse sufficientes causae unius rei generabilis, omnes reduxit in causam aeternam. Similiter in XI° Metaphysicae: causa semper uno || modo se habens non **f. 9rb** potest esse causa immediata contrariorum quae fiunt in mundo, ut generabilis et corruptibilis, et quia prima causa est huiusmodi, ideo concludit quod oportet esse aliud principium de necessitate aeternum in substantia, generabile in situ, ut caelum. Et ita sunt duo principia aeterna, scilicet anima in corpore, se- ¹⁰⁰ cundo siderum. Ideo dixerunt philosophi, ut recitat Commentator super 8° quod illa causa ex qua contingunt diversi effectus ipsa debet esse generabilis et corruptibilis et ingenerabilis et incorruptibilis: ingenerabilis et incorruptibilis quantum ad substantiam, generabilis et corruptibilis quantum ad situm, et ideo ¹⁰⁵

84 Ptolemaeus] Tholomeus *ms.* **85** manifesta] *ma ms.* **87** Averroes] Averroys *ms.* **91** lationibus] lotionibus *ms.* **94** generabilis] sed *add.* **100-101** secundo siderum] *conieci* sive desiderium(?) *ms.* **104** ingenerabilis et incorruptibilis] generabilis et corruptibilis *ms.*

84 Ptolemaeus, Quadripartitum. Lib.I, c.1 (ed. Robbins, Cam.p. 1-2).

86 Aristoteles, Meteor. I (c.2, 339a 22-23).

87 Averroes, Metaphys. XI (= XII), c.33 (Opera, Vol.VIII [Venetiae 1574], fol. 316v).

89 Aristoteles, Meteor. I (c.2, 339a 22-23).

92 Aristoteles, Phys. VIII (c.6, 258b 29—259a 7).

95 Aristoteles, Metaphys. XII (A, c.6, 1072a 10-14, c.8, 1073a 23-24).

102 Averroes, Phys. VIII, c.15 (Opera, Vol.IV [Venetiae 1562], fol. 352r).

propter perpetuitatem suae substantiae potest perpetuare generationem generabilis et corruptibilis propter diversitatem effectuum contrariorum qui ab eis immediate causantur. Ideo omnes causae debent reduci in causam aeternam; et non potest illa
 110 causa uno modo se habere et ita omne novum habet reduci in causam aeternam, quia si semper uno modo se haberet, non posset causare novum. Et ideo omnem motum reduxerunt in motum primum qui aeternus est, et totum quod est sub orbe, est reducere ad motum primum, et primum motum reducere
 115 ad primum motorem.

Ex hiis omnibus patet quod reversis corporibus caeli ad eundem statum quo modo sunt, oportet etc. Et quae sunt ista quae sufficienter ex orbe? Illa sunt, quae sunt in elementis. Nonne recedente sole a nostro habitaculo quod est a principio Cancr
 120 usque ad finem Sagittarii incipiunt superiora elementa converti in inferiora? Accedente sole est e converso. Primum apparet in aqua, evaporatur, ascendente in aerem convertitur. Et quia accessus et recessus sunt aequales, ideo generatio et corruptio sunt aequales. Similiter in mineralibus patet quod caelum intendit et
 125 remittit naturas mineralium. Similiter in plantis: pullulatio et floratio et fructificatio sequuntur motum stellarum; similiter quantum ad alia quae insunt plantis, ut haec planta generatur in hoc climate, ista non. Et sic totus mundus inferior ordinatus est ad illum accessum et recessum. Similiter in animalibus quae
 130 agunt secundum appetitus et concupiscentias quae causantur ex passionibus corporis, nam homo agens secundum hunc modum sequitur bestias. Sed istae passionibus causantur ab accessu et recessu planetarum, ideo actiones brutorum ex stellis sunt. Similiter in locis: accipias omnia loca quae sub caelo sunt, ut
 135 septentrio frigidus est propter remotionem eius a via solis. Via quae sub sole est, semper calida est propter vicinitatem eius ad solem. Similiter cetera loca diversificantur, ut patet inducenti et inspicienti. Similiter motus marium, ut ex utroque polo concurrunt omnia maria, et flumina nisi prius currant in maria,
 140 currunt ad viam solis propter actiones diversas adgeneratas prop-

125 pullulatio] pululatio *ms.* 126 floratio] foratio *ms.* 136 est¹] *iter.*

ter virtutes diversas stellarum. Similiter tota diversitas temporis ex stellis est, ut aequalitas, inaequalitas, frigiditas et caliditas. Omnia, ut breviter dicam, inferiora diversificantur secundum diversitatem virtutum corporum supracaelestium. Et ideo corporibus supracaelestibus reversis totus mundus inferior etc. ut ¹⁴⁵ patet, redeunte sole redeunt effectus inferiorum causati ab eo, similiter omnibus corporibus caeli etc.

Sed dicis ulterius: praeter ea quae dicta sunt, multa sunt in mundo inferiori per accidens cuius actio non dependet ex caelo, ut animae rationalis. Accidentia non sunt necessaria, et actio ¹⁵⁰ animae non dependet ex caelo. Et ideo non oportet, ut ista reducantur ad superiora corpora, et ideo non oportet quod ista redeant. Dico quod entia per accidens non possunt redire. Omne illud quod redit, de necessitate determinatas causas habet a superioribus, sed accidentia non habent causas determinatas; ¹⁵⁵ ergo etc. Et ita entia per accidens determinatas causas non habent, quia si sic, non essent entia per accidens. Immo dico quod aliquis effectus est ita casualis quod non habet aliam causam nisi illam solam quae casus est, ut coniunctionem debitoris et creditoris non est reducere in aliquam causam per se, ut ¹⁶⁰ patet inducenti per omnes causas: materialem, formalem, efficientem, finalem.

Quaerebas ulterius: quid est de effectibus animae rationalis, nonne reverso etc.? Dico quod non, et ratio huius est: actio agentis secundum virtutem animae rationalis ex electione est, elec- ¹⁶⁵ tio autem ex deliberatione, deliberatio autem ex ratio(cinatio)ne et syllogismo est. Quod autem haec ratiocinatio videtur sic concludere vel non, non ratione caeli causatur ex corpore superiori, et ideo eius actio non dependet ex corporibus caeli. Et ideo, reversis etc. non oportet redire omnes actiones animae rationalis. ¹⁷⁰ Non sic est in anima rationali sicut in plantis. Verum est tamen quod corpora quae circa nos sunt, in actionibus humanis plus sunt quam ad utrumlibet, et minus sunt quam necessarium. Suadent, sed non cogunt. Appetitus enim suadent actiones ipsas. Istae concupiscentiae ex passionibus corporis causantur, et illae ¹⁷⁵

152 superiora] a *add. et exp.* 157 accidens] accidit *ms.* 167 syllogismo] syllogismo *ms.* ratiocinatio] ratio *ms.*

passiones causantur ex corporibus supracaelestibus. Sic ergo apparet quod caelum reversum etc.

Ad rationes dico:

1. Ad primam sic dico: quod actiones essentielles stellarum recipiunt impedimenta, hoc contingit, quia una stella quin effectum faceret alia sibi contrariae virtutis impedit, ut Ptolemaeus 3° capitulo Quadripartiti. Sed reverso toto caelo nihil esset quod impediret effectum quem nunc faciunt in mundo, ideo non procedit ratio.

185 2. Ad aliud dico quod mutatis corporibus caeli parum non oportet propter hanc mutationem omnia corpora inferiora mutari, et hoc propter longam distantiam eorum et propter aliam causam.

3-4. Tertia ratio et quarta procedunt, et hoc concessum est. 190 Dico tamen quod, licet corpora caeli non imponant necessitatem actionibus animae rationalis, tamen actiones animae non possunt esse sine corpore caeli. Licet anima sit substantia aeterna, non tamen est anima aeterna. Alfarabius: de proprietate animae est vivificare corpus. Actiones tamen animae non possunt esse sine
f. 9va virtute caelorum. ||

180 quin] quem *ms.* 181 Ptolemaeus] Tholomeus *ms. et sic aliis locis.* 193 Alfarabius] Alparabius *ms.*

181 Ptolemaeus, Quadripartitum, Lib.I, c.3 (ed. Robbins, Cam.p. 11-12).

193 Alfabarius, Locum non inveni.

LIBER TERTIUS

“QUONIAM AUTEM NATURA EST PRINCIPIUM . . .”

Quaestio 1a.

Utrum ignoto motu necesse sit ignorare naturam

Quaeritur utrum ignoto motu necesse sit ignorare naturam.
Videtur quod non:

1. Causa docet effectum suum et non e converso; sed natura est causa motus et motus eius effectus; ergo ignoto motu non ⁵ necesse est ignorare naturam.
2. Item, quae non conferunt ad entitatem alicuius rei, non conferunt ad eius cognitionem: nam similis est dispositio alicuius in entitate et veritate; sed motus nihil confert ad cognitionem naturae; ergo etc. 10

Contra: in littera.

Item, ignota parte diffinitionis ignoratur diffinitum; sed motus est pars diffinitionis naturae.

Item, perfecta cognitio alicuius causae non est sine cognitione omnium illorum super quae habet causalitatem, quia si non, tunc ¹⁵ non cognoscitur illa causa quantum ad omnem suam virtutem et sic non perfecte cognoscitur; sed natura habet causalitatem super motum, igitur si non perfecte cognoscitur motus, non perfecte cognoscitur natura. Maiorem propositionem assumpsit Themistius ad probandum quod deus cognoscit omnia, ut recitat ²⁰ Commentator super XI° Metaphysicae.

Quaestio 2a.

Utrum motus possit esse sine loco

Quaeritur utrum motus possit esse sine loco.

Videtur quod sic:

¹ Aristoteles, Phys. III (c.1, 200b 12).

¹¹ Aristoteles, Phys. III (c.1, 200b 14-15).

²⁰ Themistius, De anima, Lib.VI (ed. Verbeke, p. 224-233).

²¹ Averroes, Metaphys. XI (=XII), c.51 (Opera, Vol.VIII [Venetiae 1574], fol. 336v M).

Caelum ultimum movetur et non est in loco, quia non est
25 aliquod corpus extra.

Item, quod accidit non est necessarium; accidit aliquem motum esse in loco, ut alteratio, ut infinitum potest alterari, et infinitum non est in loco. Minor patet primo Physicorum contra Parmenidem et Melissum.

30 Item, augmentatio est receptio maioris quantitatis, ista receptio non fit propter locum in quo est illud quod augetur, quia statim cum recipit maiorem quantitatem diminuit locum in quo erat.

Item, omni transmutationi sufficit principium activum et principium passivum: passivum enim sub agente principio de necessitate vadit ad actum; sed ista principia sunt sine loco; ergo etc.

Item, motus et passiones locantur propter corpora in quibus sunt locata; sed corpus non est necessarium locari, quia tunc omne corpus requireret esse in loco et sic caelum ultimum.

40 Contrarium:

1. in littera, quod impossibile est motum esse sine loco et tempore.

2. Item, libro De Anima: »omnes motus in loco sunt«.

3. Item, omnia corpora naturalia sunt in loco: motus omnis
45 est in corpore naturali; ergo etc.

Quaestio 1b.

Ad primam quaestionem dico quod ignoto motu necesse est ignorare naturam. Et ratio huius est, quia quando non cognoscitur effectus, impossibile est quod perfecte cognoscatur sua causa. Si enim cognoscis rem aliquam, et ista res habet virtutem,
50 ut ex ea fiat talis effectus, talis est virtus illius rei. Quomodo ipsam cognosceres perfecte ignorato effectu? Quia non ipsam

29 Melissum] Mellisium *ms.* 31 fit] in loco *add. et exp.* 48 cognoscatur] cognoscitur *ms.*

28 Aristoteles, Phys. I (c.3, 186a 16-18).

41 Aristoteles, Phys. III (c.1, 200b 20-21).

43 Aristoteles, De anima I (c.3, 406a 16).

cognoscis quantum ad hanc suam virtutem, ut patet in medico cognoscente hanc herbam quod frigescit, et ista herba expurgat coleram. Si medicus istum effectum non cognoscit, non perfecte illam herbam cognoscit. Et ita cum natura habet causalitatem ⁵⁵ supra motum, ideo ignoto motu necesse est ignorare naturam.

1. Ad argumentum dico quod si procedat cognitio secundum ordinem rei, maior vera est: qui ordo est, ut posteriora sint ex prioribus; tamen doctrina e converso aliquando se habet: in mathematicis veritatem habet maior, in naturalibus non. ⁶⁰

2. Ad aliud dico quod procedente cognitione secundum ordinem rei, maior veritatem habet, tamen doctrina ex possibilitate cognoscentis <procedente>, qui aliquando cognoscit per posteriora, ut patet intuiti: ens primum mundi in sua entitate ex aliis entibus non dependet, et tamen cognitio aliorum entium est ⁶⁵ quaedam inductio in cognitionem primi entis. b₂

Quaestio 2b.

Ad aliam quaestionem dico quod in littera dicitur quid prohibet infinitum alterari, quod in loco esse est impossibile. Unde sciendum quod locus solum est de necessitate motus localis, ita quod sine loco transmutatio est impossibilis. Sicut enim illud ⁷⁰ quod nullam passionem habet vel semper eandem, impossibile est secundum passionem <alterari>, sic illud quod habet nullum locum aut semper unum, impossibile est secundum locum moveri, quia oportet ut a quodam loco in quendam locum veniat, et ita locus de necessitate est motus localis solum. Sed in augmentatione, ⁷⁵ alteratione, generatione et corruptione de necessitate transmutationis non est locus necessarius. Sed quia ista sunt in corporibus et corpora sunt in loco, ideo isti motus alteratio, generatio et corruptio sunt in loco, quia ex hac suppositione quod corpora sunt in loco, sunt isti motus in loco, quia dato quod corpus non ⁸⁰

⁷² sic] sicut *ms.*

⁶⁷ Aristoteles, *Phys.* I (c.3, 186a 18).

esset in loco, isti motus non essent in loco. Quid prohibet dealbari aliquid etsi extra ipsum non est aliquid?

1. Ad argumentum dico quod Aristoteles verum dicit ex suppositione quod omnia corpora sunt in loco.

⁸⁵ 2. Ad aliud De Anima: verum est supposito quod omnia mobilia sunt in loco.

3. Ad aliud dico quod verum est ex suppositione quod corpora naturalia sunt in loco. In alteratione enim non est invenire causam quare alteratio est in loco.

Quaestio 3.

Utrum motus possit esse sine tempore

Quaeritur utrum motus possit esse sine tempore.
Videtur quod sic:

1. Ad hoc quod sit motus exigitur motor et mobile; sed sine quibus stant motor et mobile potest tempus esse; sed motor et
⁵ mobile possunt stare sine tempore; ergo etc.

2. Item, transmutatio motus est in qua invenitur prius et posterius; sed prius et posterius possunt poni in transmutatione sine tempore. Minor patet: ex priori et posteriori in magnitudine causatur prius et posterius in motu, sed si tempus non sit, erit
¹⁰ adhuc prius et posterius in magnitudine.

3. Item, in 6° huius: sicut totus motus in tota magnitudine, et prior in priori, et posterior in posteriori; sed talis magnitudinis prioritas et posterioritas possunt esse sine tempore; ergo etc.

4. Item, non oportet motum ideo deficere, si illud non sit quod
¹⁵ nihil ad motum confert; sed tale est tempus, quia nec est motor, nec mobile, nec terminus; ergo motus potest esse sine tempore.

5. Item, virtus caeli et stellarum qua virtute caelum et stellae alterant haec inferiora, ista virtus non est motus caeli: motus enim generat per accidens, sublato motu caeli remanent caelum

4 motor²] motus *ms.* 14 ideo] illud(?) *ms.*

83 Aristoteles, Phys. III (c.1, 200b 20-21).

85 Aristoteles, De anima I (c.3, 406a 16).

11 Aristoteles, Phys. VI (c.6, 237a 28-35).

et stellae, quia accidens consequens non aufert subiectum in quo²⁰ est. Tunc arguo sic: etsi non sit motus caeli, adhuc potest fieri alteratio in hiis inferioribus.

Dices forte quod corpora superiora non agunt in corpore toto quod sub caelo est, non <enim> agunt diversas transmutationes nisi propter diversos aspectus et coniunctiones earum diversas²⁵ quae non fiunt sine motu caeli, et ideo si non sit motus caeli, non erit transmutatio in hiis inferioribus, et si non est motus caeli, non est tempus, et ita si non est tempus, non est motus. Si enim stellae omnes eodem modo se haberent ad omnem locum || causare deficerent statim, <et> fierent omnia quae sub caelo^{1.9vb} sunt in actu omnia illa quae in eis corpus supracaeleste facere posset, et tunc cessaret motus, quia <non movetur illud quod> habet illud ad quod fuerat in potentia passiva.

Ad hoc quod <non> moveretur, dico quod qui sic dicit, verum dicit. Sed tamen causari non deficeret motus propter defectum³⁵ temporis, et hoc arguitur, quia si sit potentia motiva in animali et etiam appetitus movendi, tunc potest esse motus: potens enim et volens de necessitate agit 9° Metaphysicae. Quare si non sit motus caeli nec tempus, est tamen in animali potentia motiva et appetitus, quia ex hiis quae sunt causari potest appetitus.⁴⁰ Ergo etc. Item, cessante tempore et motu caeli terra alterata est sicut alterari potest a caelo et est in actu ad omnia illa ad quae caelum ipsum potest transmutare. Haec pars terrae sic alterata ponatur sub luna, si igitur non alteratur modo plus quando approximatur quam prius, sequitur quod luna non ha-⁴⁵ beret virtutem fortiolem super rem sub se directe positam quam si remotius poneretur, quod est inconveniens. Ergo etc.

Contrarium in littera.

Item, in 8° reducitur omnis motus ad motum primum; motus primus subiectum temporis est; sicut igitur impossibile est ali-⁵⁰

30 causare deficerent] *lectio dubia*.

38 Aristoteles, Metaphys. IX (Θ, c.5, 1048a 11-16).

48 Aristoteles, Phys. III (c.1, 200b 20-21).

49 Aristoteles, Phys. VIII (c.6, 259a 29-b 1).

quem motum esse sine motu primo, sic impossibile est motum esse sine tempore.

Ad istam quaestionem dico quod si tu in hoc consideraveris, non invenies quod tempus sit ex hiis quae motum causant, quia
 55 nec motor nec mobile nec terminus. Dico tamen quod impossibile est motum esse sine tempore per accidens, quia impossibile est aliquem motum posteriorem esse sine motu primo. Sed ad motum primum de necessitate sequitur tempus, ideo etc. Omnis enim generatio, alteratio et augmentatio finem habent, quia sunt inter
 60 duos terminos. Motus circularis primus aeternus est, quia ipse est subiectum temporis, et ita motus est in tempore, quoniam habet ante se et post se tempus, cum tempus fuerit aeternum, sicut suum subiectum. Nec dico quod tempus aliquid conferat ad motum.

65 1. Ad argumentum dico quod ad motum non solum exigitur motor proximus, sed motor primus, et ita ad omnem motum exigitur motor primus, et iste facit motum primum quod est subiectum temporis, et ita omnis motus <est> in tempore.

2-3. Ad aliud dico quod maior vera est, sed minor falsa. In
 70 nullo enim motu posteriori potest inveniri transmutatio sine motore primo, et ita nec sine primo motu quod est subiectum temporis. Et dico quod non sequitur 'si in magnitudine potest esse prius et posterius, ergo et in motu', quia in motu omni oportet esse principium motus et ita tempus, et sic omnis motus <est>
 75 in tempore.

4. Ad quartum dico quod si sit aliquid quod nec per se nec de necessitate sequitur ad motum, non necesse si tale deficiat motum deficere. Etsi tempus non confert ad motum, sequitur tamen de necessitate ad motum, quia primus motus, sine quo
 80 nullus motus posterior potest esse, est subiectum temporis.

5. Ad quintum dico quod omnes motores qui sunt sub uno motore primo cessant a movendo cum cessat motor primus, quia iste est causa totius motus. Et re vera, si non est motor primus, non est aliquis motor posterior, ideo eo cessante non erit aliquis
 85 motus. Quia stellae non movent nisi quia motae, nisi corpora <caelestia> diversificentur in situ, corpora inferiora non diversi-

ficantur in formis. Similiter <cum> dicitur quod potest esse appetitus animalis cessante motu caeli, dico quod caelo cessante a motu suo non est virtus appetitiva in animali, quia cessante primo motu cessant omnes motus posteriores.

90

Quaestio 4.

Utrum motus sit idem in essentia cum suo termino

Quaeritur utrum motus sit idem in essentia cum suo termino. Videtur quod non:

1. Quaecumque sunt idem in essentia, ipsa simul sunt et non succedunt; si ergo motus et terminus ad quem est, essent idem per essentiam, essent simul; sed potest esse motus non existente termino, ergo non sunt simul; ergo etc.
2. Item, quaecumque se interimunt, non sunt idem per essentiam; sed terminus motus interimit motum: cum finitus est motus, non amplius est motus; ergo etc.
3. Item, motus in suo subiecto requirit privationem termini motus; sed terminus motus non requirit termini privationem, quia sunt idem per essentiam.
4. Item, si terminus et motus essent idem secundum essentiam, ergo cum terminus motus aliquando est quantitas, qualitas et ubi, sequitur quod motus esset huiusmodi, quod falsum est.

Contra: Commentator 3^o Physicorum: quod tres sunt opiniones de motu: prima quod motus sit differens a suo termino, alia est quod sit idem in essentia cum suo termino, <tertia est quod ipsum sit non-ens>, et dicit secundam esse verio-rem.

Item, Aristoteles in littera: quod motus est eiusdem generis cum re ad quam fit motus, sed hoc est terminus; et hoc non est nisi motus et terminus motus essent idem secundum essentiam; ergo etc.

Item, forma existens in suo fluxu <est> actus agentis, quia

4 succedunt] sunt(?) *vel forsan suā ms.* 19 verio-rem] minorem *ms.*

16 Averroes, Phys. III, c.12 (Opera, Vol.IV [Venetiae 1562], fol. 90r).

20 Aristoteles, Phys. III (c.1, 201a 8-11).

25 quod recipit passum hoc tribuit agens; sed actus agentis motus est, igitur forma existens in fieri est motus; sed forma existens in fieri est terminus; ergo etc.

Item, illud quod perficit mobile secundum quod mobile est in potentia mobilis, illud de natura est ipsius ad quem est motus; 30 sed motus perficit mobile secundum quod ipsum est in potentia ad terminum motus, ergo motus est de natura termini ad quem est motus, et sic motus et terminus sunt idem.

Ad istam quaestionem dico quod motus et terminus ad quem sunt idem per essentiam et eiusdem essentiae, ita quod ipsa res 35 quae fit secundum illud esse a remissiori esse suae naturae veniens ad esse intentius, sub hoc esse existens motus est, et ideo non potest esse motus <aliud a termino motus> in illis quae fiunt intentius et remissius. Unde illud idem quod terminus motus est perfecte, idem illud est motus imperfecte, et ideo cum 40 terminus motus non potest habere esse intentius, necesse est deficere motum, quia ipse terminus motus veniens ab esse suo remissiori ad esse intentius motus est, quia ipsa forma fluens sub tali esse motus est. Et ex hoc contingit quod motus non potest facere unum praedicamentum: cum enim motus in genere dictus 45 per essentiam sit idem cum rebus diversorum praedicamentorum, et nullum tale potest facere unum praedicamentum, ideo motus non potest facere unum praedicamentum. Quod enim facit unum praedicamentum, oportet quod sit determinati generis et per se ab aliis praedicamentis distinctum. Quia etiam motus secundum 50 rem non sit aliud quam sit actio et passio, sed secundum rationem utrumque praecedit, et ideo non potuit facere unum praedicamentum praeter praedicamentum actionis et passionis, et licet Aristoteles in Praedicamentis posuerit tempus quantitatem, tamen motum non posuit quantitatem, quia ex quo motus 55 eiusdem essentiae est cum termino ad quem est motus, et illud ad quem est motus potest esse res diversorum praedicamentorum, motus non potest esse unum praedicamentum.

25 agens] actus agentis est actio *add.* 29 est^{1]} d *add. et exp.* 56 motus^{2]} cuius *ms.*

53 Aristoteles, Categ. (c.6, 4b 24).

1. Ad argumentum dico quod terminus motus existens in suo facto esse non est motus, sed existens in suo fieri est motus, et motus est idem cum termino qui est in fieri, nec unum potest 60 esse sine alio.

2. Ad aliud dico quod terminus motus existens in suo facto esse interimit motum nec est idem cum motu, sed existens in suo fieri non ipsum interimit et est idem cum eo.

3. Ad aliud dico quod motus in suo facto esse exigit privatio- 65 nem in suo subiecto, sed in suo fieri cum quo est idem, non exigit || privationem in subiecto suo. f. 10ra

4. Ad aliud dico quod non oportet quod motus in genere sit quantitas vel qualitas, quia non est determinate in aliquo praedicamento, sed tamen motus specialis, ut ad quantitatem vel 70 qualitatem, est quantitas vel qualitas, non tamen in suo facto esse, sed in suo fieri.

Quaestio 5a.

Utrum motus sit

Quaeritur utrum motus sit.

Videtur quod non:

1. Illud quod componitur ex non-entibus, illud non est; sed motus est huiusmodi, quia componitur ex parte praeterita et futura quae non sunt. 5

2. Item, illud quod est solum in potentia, illud non est; sed motus est huiusmodi, quia est actus mobilis.

3. Item, magis habet esse mobile quam motus, quia motus habet esse propter mobile, cum mobile sit aliqua causa motus; sed mobile solum habet esse in potentia, et motus habet esse 10 minus quam in potentia; ergo non est.

4. Item, quod non est actus purus nec potentia pura nec pura privatio, ipsum est non-ens; sed motus non est purus actus, quia tunc quod perfecte esset album, moveretur ad illud; nec potentia pura, quia tunc quod solum est in potentia pura, moveretur 15 ad illud ad quod est in potentia; nec est pura privatio, quia tunc quod est pure privatum aliquo modo moveret ad ipsum.

Contrarium apparet ad sensum.

Item, illud secundum quod diversificantur entia est ens; sed

20 entia diversificantur secundum motum, quia omnis transmutatio est per motum.

Quaestio 6a.

Utrum motus sit de natura continuorum

Quaeritur utrum motus sit de natura continuorum.

Videtur quod non:

1. Omne continuum est per se quantitas; motus non est per
25 se quantitas, quia reperitur in pluribus generibus.

2. Item, quod habet prius et posterius, est de natura discretorum; sed motus est huiusmodi.

Contrarium in littera.

Item, motus sequitur magnitudinem et tempus motum; sed
30 tempus et magnitudo de natura continuorum sunt, ergo et motus.

Item, sicut punctus ad lineam, sic mutatio ad motum; sed punctus continuat partes lineae, ergo mutatio continuat partes motus; ergo motus est de natura continuorum.

Quaestio 7a.

Utrum magnitudo motum continuat

Quaeritur quid continuat motum, utrum magnitudo?

35 Videtur quod non, quia tunc solum iste motus esset continuus qui esset super aliquam magnitudinem, et tunc solum motus localis esset continuus, quod falsum est.

Item, si sic, tunc contingeret quod aliquid indivisibile posset movere, quia contingit signare indivisibile in magnitudine, quod
40 est falsum. Signetur aliquod primum ad quod ipsum indivisibile debet movere: aut est in termino a quo, et sic non movetur, aut in medio utriusque, et sic non movetur, nec potest perfecte in utroque termino, quia sic opposita essent in eodem, quia omnis motus a contrario in contrarium. Nec magnitudo mota potest
45 continuare motum, quia sequeretur quod generatio esset motus, quod probatur esse falsum.

40 aliquod] indivisibile add. et exp. 42 utriusque] utroque ms.

Contra: illud quod mensurat motum, hoc continuat motum; tempus mensurat motum et magnitudo similiter: dicitur enim motus magnus, quia fit super spatium magnum; cum igitur tempus non continuat motum, sed e converso, ideo magnitudo ipsum 50 continuat.

Quaestio 5b.

Ad primam quaestionem dico quod motus est, et est esse motus quale est esse mobilis dum movetur. Nunc autem mobile dum movetur non est in actu perfecto: quod enim est in actu perfecto, hoc non movetur secundum illum actum. Mobile etiam dum 55 movetur non est in potentia pura nec in pura privatione termini ad quem movetur, quia illud quod movetur motum est. Dum enim motus est, aliqua pars eius facta est, et quod movetur in eo aliquid termini ad quem movetur, acquisitum est. Sic non est in pura potentia, et ita est in actu permixto potentia termini, 60 quia illud quod movetur, dum movetur, perfecte terminum non habet. Est autem motus medium inter purum actum et puram potentiam, est enim actus medius. Nec debet dici quod motus non sit, quia non est in instanti: nullum enim continuum successivum in instanti habet esse, sed est in tempore, et motum esse 65 non significat motum esse in instanti, quia sic non esset motus. Et ideo non debet negari motum esse.

1. Ad argumentum dico quod minor falsa est, quia componitur ex suis partibus quae sunt entes. Et dico partem motus praeteritam et futuram hoc dicitur respectu alicuius instantis signati, 70 et sic sicut partes sunt praeteritae et futurae respectu instantis, sic et totus motus. Pars enim motus est in tempore, sic et totus motus. Partes tamen respectu illius instantis sunt non-entes, et ita totus motus. Et dico quod in illo tempore in quo est totus motus, sunt partes motus. 75

2. Ad aliud dico quod motus non est tantum in potentia, sed est in actu, quamquam non sit actus purus et perfectus. Ad probationem dico quod motus est actus existentis in potentia. Ip-

68 argumentum] aliud *ms.* 72-73 Pars enim—totus motus] *iter.*

sum mobile dum movetur non est tantum ens in potentia, sed
80 est in actu, licet non sit actus purus et perfectus.

3. Ad aliud dico quod mobile magis habet esse quam motus
dupliciter: quamvis sit ens in potentia respectu alicuius termini,
est tamen ens perfectum in actu secundum aliam formam, et
ideo mobile est ens perfectum, motus non. Alia causa est, quia
85 motus habet esse a mobili, cum mobile sit aliqua causa ipsius
motus, ideo mobile magis habet esse quam motus. Mobile tamen,
secundum ipsum quod movetur, non magis habet esse quam
motus, quia sicut motus est actus imperfectus dum movetur,
sic in mobili est imperfectio dum movetur, et sic in mobili dum
90 movetur, non est actus perfectus, immo actus admixtus potentia.

4. Ad aliud dico quod est aliquid inter purum actum et puram
potentiam, quod participat utrumque extremum, et motus, quia
actus est, ideo non est potentia, et motus, quia non est actus
perfectus, ideo non est actus, sed potentia.

Quaestio 6b.

95 Ad aliam quaestionem dico quod motus est de natura con-
tinuorum. Omne enim divisibile indivisum tamen in actu est con-
f. 10rb tinuum; || sed motus omnis partibilis est: subiecta enim trans-
mutantur non motus, et motus in actu indivisus, quia mutatio-
nes motum ipsum continuant.

100 1. Ad argumentum solet aliquando dici quod illud quod per
se et secundum naturam propriam est continuum est quantitas;
modo motus secundum naturam propriam et per se continuus non
est, et demonstrant quod motus non est continuus propter natu-
ram propriam, quia continuus est propter magnitudinem. Sed eo-
105 dem modo possem dicere quod tempus secundum se non est conti-
nuum: dicit Aristoteles quod tempus continuum est propter
motum, et ita tempus secundum se non esset continuum, quod
falsum est. Ideo dico quod motus secundum naturam propriam
est continuus, quia motus de necessitate suae naturae partes

97 transmutantur] *lectio dubia*. 101 propriam] hoc *add.* 102 per se] est *add.*

106 Aristoteles, Phys. IV (c.11, 219a 12-13).

habet, quia qui tollit motui partes, tollit motui esse motum, et 110 non habet partes distinctas de natura sua sed continuas. Ideo non valet ista solutio. Et ideo dico quod quoddam est continuum quod secundum naturam suam determinatum est ad unum genus, et tale continuum est quantitas. Aliud est continuum quod de necessitate suae naturae non est determinatum ad unum genus, cuius 115 modi est motus in genere, et ideo licet motus in genere dictus secundum naturam propriam continuus est, tamen non est quantitas, quia non est determinatus ad genus unum.

2. Ad aliud dico quod illud quod habet prius et posterius distincta, est discretum; sed in motu prior pars et posterior non 120 sunt distinctae et separatae, sed continuatae, et ideo non erit de natura discreti.

Quaestio 7b.

Ad tertiam quaestionem dico quod omnis motus unus est continuus et omnis motus continuus unus est, ut scribitur 5° huius. Continuitas enim in ipsis continuis est eorum unitas, motus 125 autem unus, quia ad unitatem motus exigitur unum mobile, unus terminus, unus motor, unum tempus, et ista exiguntur ad continuitatem. Sed dices quod existentibus istis unis necesse est motum esse unum et continuum, tamen unitas temporis nihil confert ad unitatem et continuitatem motus, quae sunt ergo 130 illa ex quibus causaliter est continuitas in motu? Dico quod in motu duo sunt: partibilitas potentialis et indivisio actualis. Potest enim motus ubicumque partiri, et tamen motus continuus actu est indivisus. Partibilitas eius potentialis est ex parte termini ad quem est motus, ideo ad indivisibile non con- 135 tingit moveri, sed solum mutari. Et ideo Aristoteles 6° huius: eiusdem divisionis est motus et terminus motus. Si terminus esset impartibilis, et motus esset impartibilis. Ad istam partibilitatem termini sequitur partibilitas mobilis, et sic requirit motus partibilitatem termini. Et mobilis indivisio actu continuitas 140

115 naturae] partes *add. et exp.*

124 Aristoteles, Phys. V (c.4, 228a 20-22).

136 Aristoteles, Phys. VI (c.2, 233a 16-21).

est ex hoc quod motor non deficit mobili, neque tempori. Unde non sufficeret partibilitas mobilis et temporis ad hoc quod motus est continuus, sed oportet motorem mobili et tempori non deficere. Ad continuandum etiam motum localem exigitur con-
 145 tinuitas magnitudinis super quam est motus.

Per hoc apparet solutio ad rationes nisi quod ad unam rationem per quam velles probare quod magnitudo continuat motum. Et dico quod non oportet quod illud quod mensurat motum ipsum continuat, quia tempus omnem motum mensurat, tamen
 150 ipsum non continuat.

Quaestio 8.

Utrum motus sit actus

Quaeritur de diffinitione motus. Quaeritur utrum motus sit actus.

Videtur quod non:

1. Omnis actus terminat potentiam; sed motus non terminat
 5 potentiam, quia si sic, tunc quod movetur non est in potentia.

2. Item, actus mobilis est eius perfectio; motus non est perfectio mobilis, quia sic mobile esset perfectum dum movetur, quod est falsum.

3. Item, omnis actus aut est actus primus aut secundus; sed
 10 motus non est actus primus, quia per primum actum res est in sua specie, et mobile non est in sua specie per motum; nec est actus secundus, quia tunc existens in actu secundo est in suo esse perfectissimo, quia tunc non potest poni in actum perfectiorem, et cum mobile est in motu, non est in actu perfectissimo.

15 Contrarium in littera.

Item, illud est actus ad quod est potentia; sed ad motum est potentia, quia si mobile dum quiesceret non haberet potentiam ad motum, numquam moveretur.

Ad istam quaestionem dico quod motus est actus. Est tamen
 20 duplex actus: quidam est actus qui perfecte potest inveniri in

15 Aristoteles, Phys. III (c.2, 201b 31-32).

suo subiecto sine aliqua potentia, sicut formae generabiles permanentes, ut albedo potest inveniri in subiecto sine aliqua potentia ad albedinem, et loquor de potentia non solum secundum quod potentia ad habilitatem ad terminum, sed carentiam ipsius termini; talis actus non est motus. Alius est actus qui <non> ²⁵ potest inveniri in suo subiecto sine potentia ad illum actum, et talis actus est motus: dum enim motus est in mobili, in illo mobili est potentia ad terminum.

1. Ad argumentum dico quod omnis actus perfectus terminat perfecte potentiam, et motus non est actus perfectus, ideo non ³⁰ terminat potentiam. Immo est actus imperfectus, ideo potentiam imperfecte terminat. Quod enim movetur non est ita perfecte in potentia, sicut antequam movebatur.

2. Ad aliud dico quod actus perfectus rei est eius perfectio, actus tamen imperfectus non, cuiusmodi est motus. ³⁵

3. Ad aliud dico quod motus est actus secundus, quia est actus secundus ipsius moventis, quia motor prius habet suum actum primum et deinde secundum qui est movere. Quaeres: cuiusmodi est actus mobilis ipsius? Dico quod est actus ipsius mobilis secundus. Et cum dicis quod res in tali esse est in esse perfectis- ⁴⁰ simo, dico quod mobile, dum movetur, est in actu perfectissimo qui sibi debetur in quantum est mobile, || licet non sit in esse perfectissimo, in quantum ipsum est ens. Sicut motor est in esse perfectissimo, cum est in esse quod sibi debetur, in quantum est motor in actu, sic mobile est in suo esse perfectissimo, cum est in ⁴⁵ suo esse quod sibi debetur, in quantum ipsum est mobile.

Quaestio 9a.

*Utrum motus sit actus entis secundum quod ipsum
est in potentia*

Quaeritur utrum motus sit actus entis secundum quod ipsum est in potentia.

Videtur quod non:

23 ad albedinem] *iter.* 40-41 perfectissimo] *et add.*

1 actus] in potentia *add. et exp.*

1. Quia si sic, tunc omne illud quod est in aliquo ente in po-
 5 tentia esset motus; sed omnes formae materiales sunt in aliquo
 ente in potentia, quia in materia, et materia est ens in potentia;
 ergo sequeretur quod omnes formae materiales sunt motus, quod
 est inconueniens.

2. Item, quod est in illo cuius potentia est, non est actus entis
 10 in potentia secundum quod ens in potentia; sed motus est in
 illo cuius potentia terminata est: ante enim mobile mobile est
 in potentia ad motum, cum autem movetur, potentia terminata
 est; ergo etc.

3. Item, actus et potentia opponuntur secundum Aristotelem;
 15 sed sermo qui reduplicat unum oppositorum supra alterum est
 impossibilis; sic est in proposito cum dicitur motus est actus
 entis in potentia, ergo etc. Supra enim actum reduplicatur po-
 tentia.

Contrarium apparet in littera.

20 Item, motus est actus mobilis secundum quod mobile; sed
 mobile secundum quod mobile imperfectum est; sed omne im-
 perfectum secundum quod huiusmodi est in potentia; ideo motus
 est actus entis in potentia.

Item, motus est actus alicuius mobilis secundum illud quo
 25 ipsum caret, ad quod tamen ipsum est in potentia; tale autem
 quod sic caret est ens in potentia secundum quod ipsum; ergo etc.

Quaestio 10a.

Utrum subiectum motus debeat esse in potentia activa

Secundo, dato quod subiectum motus debeat esse in potentia
 secundum quod huiusmodi, quaeritur utrum subiectum motus
 debeat esse in potentia activa.

30 Videtur quod sic:

Omne quod movetur habet aliquid eius ad quod movetur;

24 alicuius] entis in potentia *add. et exp.*

19 Aristoteles, Phys. III (c.1, 201a 10-11).

sed quod habet aliquid eius ad quod movetur est in potentia activa, quia sicut forma activa est, sic quidlibet formae activum; ideo etc.

Item, si subiectum deberet esse in potentia passiva tantum, ³⁵ ergo quod maxime est in potentia passiva deberet esse subiectum motus; sed materia est huiusmodi; ergo materia esset maxime subiectum motus, quod est impossibile, ut dicitur 5° huius; ergo exigitur quod subiectum motus sit in potentia activa.

Contra: quod movetur sufficienter a motore extrinseco, non ⁴⁰ oportet quod in se habeat potentiam activam respectu termini sui motus; sed multa eorum quae moventur, moventur sufficienter a motore extrinseco; ideo licet motus sit actus entis in potentia, non oportet quod mobile sit in potentia activa respectu termini motus. ⁴⁵

Quaestio 11a.

Utrum motus primus possit esse novus

Tertio, cum motus sit actus entis in potentia, et motus qui sunt ordinem habent ita quod prior sit causa posterioris, quaeritur utrum motus primus possit esse novus.

Videtur quod non:

1. Motus qui semper habuit causas sufficientes, non potest ⁵⁰ esse novus; motus primus est huiusmodi, quia si causas sufficientes non haberet et postea haberet, transmutatio facta esset in causis, et tunc talis motus non posset esse primus, quia ante ipsum esset alia transmutatio et per consequens alius motus prior, quod est inconveniens. ⁵⁵

2. Item, motus qui non est semper, habet aliquod impedimentum in aliquo suorum principiorum, qui si postea fiat, oportet removeri illud impedimentum, haec autem remotio non potest fieri sine transmutatione; ergo si motus primus esset novus, ante ipsum esset alius motus quod est impossibile, quia si ante ⁶⁰

48 possit] potest *ms.*

38 Aristoteles, Phys. V (c.1, 225a 21-26).

primum motum esset alius motus, iam primus motus esset primus et non primus.

3. Item, sicut motus requirit sua principia, sic novitas motus de necessitate requirit novitatem in suis principiis, quia si omnia
65 principia quae sunt principia alicuius motus semper se haberent uno modo, ex eis non fieret motus, cum primus non fuerit; omnis autem motus per transmutationem est, ergo si motus primus esset novus, ante illum esset alius, quod est impossibile.

Contra: si sic, motus in aliquo ente particulari potest fieri
70 nullo motu praefacto, sic in toto mundo potest esse motus nullo motu antefacto; sed in aliqua parte mundi potest esse motus nullo motu antefacto, ut animal movetur, cum prius non moveretur, igitur in toto mundo potest esse motus cum ante non fuisset; ergo primus motus potest esse novus.

Quaestio 9b.

75 Ad primam quaestionem dico quod subiectum motus debet esse ens actu, et dico quod debet esse ens actu, quia motus est accidens, et omne quod est subiectum accidentis est aliqua substantia in actu: ens enim in potentia non movetur, ut dicitur
5° huius. Prius enim est substantia corporis quam motus cor-
80 poris, ex quo sequitur quod illud quod movetur, licet sit in
f. 10vb potentia || respectu termini ad quem movetur, debet tamen esse ens actu secundum aliam formam, et ideo omne quod movetur quiescit. Movetur enim ad illam formam ad quam est ens in po-
tentia, et quiescit secundum aliam secundum quam est ens in
85 actu, et ideo omnis motus de necessitate ad se requirit quietem. Item, debet esse carens, quia si non careret termino motus, ad illum non moveretur, quia nihil movetur ad illud quod habet. Item, debet esse aptum, quia si mobile careret termino, tamen non haberet aptitudinem ad istum terminum, non moveretur ad
90 ipsum, et quia omne quod movetur, movetur secundum illud ad quod est in potentia, ideo motus est actus entis in potentia secundum illud ad quod est in potentia.

Ad rationes in oppositum :

1. Cum dicis, si motus esset actus entis in potentia secundum quod huiusmodi, tunc omnes formae materiales essent motus, ⁹⁵ dicendum quod bene sequitur quod omne ens in potentia secundum quod est in potentia, est motus, quia tamen omnes formae materiales sunt in ente in potentia quia in materia, non tamen sunt in ea secundum quod ipsa est in potentia, immo ipsa sunt in ea secundum quod est ens actu per ipsas, ideo ¹⁰⁰ argumentum non concludit.

2. Ad aliud dicendum quod illud quod est in illo cuius potentia terminata est, perfecte non est actus entis in potentia. Nunc autem, licet motus sit actus entis in potentia, et potentia terminata sit, quia tamen non est perfecte terminata, ideo motus ¹⁰⁵ adhuc est actus entis in potentia.

3. Ad aliud quod Aristoteles dicit quod actus et potentia opponuntur, dicendum quod non intendit Aristoteles nisi quod actus et potentia differunt, non quia ipsa impossibilia sint: invenitur enim quaedam potentia coniuncta actui, ut habetur ¹¹⁰ libro Perihermenias, quia si apud album corrumpitur potentia albi in subiecto, iam esset album quod impossibile est esse album.

Quaestio 10b.

Ad aliam quaestionem dico quod si quaeras absolute utrum subiectum debeat esse in potentia activa, dico quod sic, quia omne illud cuius ipse motus actus est, est ens in potentia activa. Si ¹¹⁵ autem quaeras utrum illud subiectum cuius actus est ipse motus, debeat esse in potentia respectu termini ad quem movetur, ut sit in potentia passiva respectu illius et habeat potentiam activam ad illud, dico quod quaedam sufficienter moventur ex alio, sicut lignum ad formam lectuli et aqua ad formam calidi, ¹²⁰ quia quae sufficienter moventur a motore extrinseco, in se non habent potentiam activam, quia entia actu sunt. Si enim haberent potentiam activam respectu termini motus, iam non suffi-

111 Perihermenias] Peryarmenias *ms.* 114 debeat] debet *ms.*

108 Aristoteles, Periherm. (c.13, 23a 7-15).

cienter moverentur a motore extrinseco. Alia sunt quae ex se
 125 moventur, quia habent in se principium passivum motus et etiam
 principium activum motus, talia mobilia habent potentiam acti-
 vam ad terminum motus, et talia quae ex se moventur, si mo-
 ventur de novo, potentia activa quae in eis est, non est prin-
 cipium sufficiens motus. Motor enim qui de novo facit motum
 130 non movet nisi per alium motorem extrahentem ipsum de po-
 tentia ad actum, sicut dicit Commentator in undecimo Meta-
 physicae in principio, et quia ante motorem primum non est
 alius motor, ideo Aristoteles illum motum non ponit novum.
 Sic ergo apparet quomodo subiectum debeat esse in potentia
 135 activa et quomodo non.

Per iam dicta apparet solutio rationum ad utramque partem,
 procedunt enim suis viis.

Quaestio 11b.

Quaesitum fuit superius cum necesse est quod omnis motor
 genitus habeat ante se alium motorem priorem et omnis motus
 140 genitus oportet habere alium motorem, quaerebatur utrum pri-
 mus motus possit esse novus. Dicunt ad hoc aliqui quod motus
 primus non potest esse novus, et ponunt rationem: dicunt enim
 quod effectus non potest sequi suam causam sufficientem in
 duratione, etsi ipsam sequatur naturaliter: si enim causa suf-
 145 ficiens est, semper cum eo est suus effectus; nunc autem motus
 primus habet causam sufficientem, ideo dicunt quod motus
 primus non potest esse novus. Illud idem dicit Commentator XI.
 Metaphysicae dicens: nulla differentia est inter ponentem motum
 <esse> ex se et ponentem omnes causas esse in quiete et postea
 150 incipere movere.

130 extrahentem] extraentem *ms.*

131 Averroes, *Metaphys.* XI (= XII), c.30 (Opera, Vol.VIII [Venetiae 1574], fol. 314v sqq.).

133 Aristoteles, *Phys.* VIII (c.6, 259b 32—260a 1).

147 Averroes, *Metaphys.* XI (= XII), c.30 (Opera. Vol.VIII [Venetiae 1574], fol. 315r).

Dicunt ulterius quod nulla ratio est quae potest ostendere primum motum esse novum: nec naturalis, nec mathematica nec metaphysica. Et hi declarant, non ratio naturalis: nullus enim artifex potest negare aliquid vel concedere nisi ex suis principiis; primum principium quod artifex naturalis considerat, 155 natura est. Natura nullum motum potest facere nisi ipsum praecedat alius motus qui sit causa eius, quia si omnes causae naturales semper eodem modo se haberent, tunc ex eis non posset fieri motus cum primus non esset, et quia ante motum primum non potest esse alius motus, quia tunc esset primus et non pri- 160 mus, et sic physicus motum primum novum ponere non potest. Et ideo Aristoteles recte loquens 8^o Physicorum ponit primum motum non esse novum ex hiis ex quibus arguit. Aristoteles inde arguit, quia si ex aliis causis novus non esset quam ex hiis ex quibus arguit, simpliciter motus primus novus non esset. 165

Nec ratio mathematica potest ostendere primum motum novum esse. Mathematicarum quaedam est quae considerat conjunctiones et aspectus, alia est quae considerat effectus illarum stellarum in mundo inferiori. || Motu primo autem existente f. 11ra aeterno nonne possunt isti effectus contingere? Planum est quod 170 sic, et similiter tales coniunctiones. Ergo non potest ostendere motum primum esse novum. Neque geometrica ratio potest hoc habere, quia existente primo motu aeterno adhuc vera sunt principia ex quibus arguit geometer, ut a puncto ad punctum rectam lineam ducere. Similiter nec arithmetica nec musica ratio 175 ipsum potest ostendere novum.

Nec ratio metaphysica, quia motum esse primum et regularem sunt conclusiones naturales de quibus non considerat metaphysicus. Et ideo dicunt quod nulla ratio ipsum potest ostendere novum, quia omnis effectus novus de necessitate ante se re- 180

164 inde] unde(?) ms. 166 novum] nō ms. 167 quaedam] sunt *add. et exp.*

151-196 Ad solutionem huius quaestionis cf. Boethium de Dacia: De aeternitate mundi (ed. Sajó) 303-513; 226-230, 211-214.

153-155 Cf. etiam Boethium de Dacia, De aeternitate mundi, 308-309; Quaestiones de generatione et corruptione, Lib.I, Qu.2 (ed. Sajó), p.8: 95-96.

162 Aristoteles, Phys. VIII (c.6, 259b 32—260a 1).

quirit transmutationem in agente vel in passo, vel transmutationem requirit quae est adventus horae in qua agens semper uno modo se habens vult agere. Unde dicunt quod dato etiam quod deus voluntatem habeat ab aeterno, ut motum primum
 185 faceret, ante tamen illum motum oportet quod esset transmutatio saltem quae est adventus horae. Si enim volitum postponitur voluntati, est ibi expectatio, expectatio autem nulla sine successione, successio nulla sine transmutatione. Qui sic dicunt, dicunt sicut per rationem dici potest, ipsi innituntur rationibus,
 190 et per rationes probari non potest, quia primus motus sit novus.

Dico tamen quod motus primus potest esse novus, et huius non potest dari ratio, quia micarulorum non est dare rationem, quia si sic, non esset miraculum. Arguat physicus quod corpora eadem numero non possunt resurgere et reviviscere, cum sint
 195 corrupta, quod est contra fidem. Ideo si solvere velis ad rationes, non potes nisi eius principia velis negare.

Ad rationes dico quod effectus qui semper habet causas sufficientes potest esse novus, et ita nego principia naturalia ad-
 200 haerendo fidei. Licet non omnis veritas potest ostendi per rationem, omnis tamen veritas physica debet esse nota per se vel talis quod ipsam ostendere potest per rationem, vel aliter esset facile omnia fingere.

Quaestio 12a.

Utrum motus sit in movente ut in subiecto

Quaeritur utrum motus sit in movente ut in subiecto.
 Videtur quod sic:

1. Sicut quies ad quiescentem, sic motus ad moventem; quies est in quiescente ut in subiecto; ergo etc.
- 5 2. <Motus est in movente sicut in causa agente.>
3. Item, ex non movente aliquando fit movens, et hoc non potest esse sine novitate facta in ipso; novitas omnis per motum

184 habeat] habet *ms.* 186 saltem] saltim *ms.* 190 novus] motus *ms.*
 194 sint] sit *ms.* 200 potest] non potest *ms.*

fit: de quibus enim negatur motus, negatur omnis novitas; ergo etc.

Contra: si sic, tunc omnis movens moveretur, et sic primus ¹⁰ motor moveretur vel habens motum in se non moveretur, quod est inconueniens.

Item, si sic, tunc motus esset actus entis in actu secundum quod huiusmodi, quod est contra diffinitionem motus.

Quaestio 13a.

Utrum idem sit actus moventis et mobilis

Quaeritur utrum idem sit actus moventis et mobilis. 15

Videtur quod non:

1. Differentia secundum speciem non possunt esse idem actus; sed movens et mobile differunt secundum speciem, quia si movens eandem speciem haberet quam mobile, ipsum mobile non moveret. 20

2. Item, diversis potentiis respondent diversi actus; moventis et mobilis alia et alia est potentia, quia moventis est activa et mobilis passiva.

Contrarium in littera.

Item, motus idem in numero sicut de necessitate suae naturae ²⁵ requirit principium passivum sic et activum; sed secundum quod requirit principium passivum, est ipsius mobilis, secundum quod requirit principium activum, est actus moventis, quia idem actus in numero est moventis et mobilis.

Item, illud idem in numero quod recipit mobile hoc tribuit ³⁰ agens; secundum quod ipsum recipit mobile, actus mobilis est, secundum quod ipsum tribuit agens, actus agentis est; ergo idem actus in numero est ipsius moventis et mobilis.

19 eandem] em vel om(?) ms.

24 Aristoteles, Phys. III (c.3, 202a 13-18).

Quaestio 12b.

Ad primam quaestionem dico quod motus in per se movente
 35 non potest esse primo, et voco per se movens si virtus non est
 separata ab ipso cuius est per se haec virtus, et voco per se mo-
 ventem quando ista virtus movendi non est in eo propter aliud,
 sicut anima movet corpus et moto corpore movetur anima. Sed
 motus non est in anima per se, sed per aliud, ut per corpus:
 40 movetur enim anima, quia corpus movetur. Motus ergo est in
 mobili primo et non in movente: movens enim per se, in quan-
 tum tale, non habet virtutem passivam, quia si sic, hoc erit per
 aliam naturam sibi coniunctam.

1. Ad argumentum dico quod non similiter se habet quies ad
 45 quiescentem et motus ad moventem, quia quies se habet ut ens
 in subiecto, motus non significat motum ut entem in subiecto,
 sed ut in causa efficiente.

2. Ad aliam rationem dico quod verum concludit quod motus
 est in movente sicut in causa agente, sed ex hoc non sequitur
 50 quod sit in eo sicut in subiecto.

3. Ad tertium argumentum dico quod novitas est in movente,
 et sic motus; sed motus est in movente, sed tamen iste motus
 quem facit movens, non est in eo, sed est in eo appetitus vel
 aliquid huiusmodi.

Quaestio 13b.

55 Ad aliam quaestionem dico quod idem in numero est actus
 moventis et mobilis: unde motor motum influit mobili et esse
 actionis in eo determinat, ex eo quod est ab agente, esse actionis
 habet, ex hoc quod est in passo, esse passionis habet.

1. Ad argumentum dico quaecumque differunt in specie, non
 1. 117b habent unum || actum qui sit causa illarum specierum, possunt
 tamen habere unum actum qui sit praeter utramque speciem.

2. Ad aliud dico quod diversis potentiis, dummodo ipsae sint
 quod utraque sit activa vel passiva, istis potentiis de necessitate
 respondent diversi actus, diversis tamen potentiis quarum una
 65 est activa et altera passiva, potest respondere unus actus, quia
 omnis actus generabilis in subiecto et materia ad se requirit
 duas potentias, scilicet activam et passivam.

Quaestio 14a.

*Utrum idem motus in numero possit esse principium
materiale in actione et passione*

Quaeritur utrum idem motus in numero possit esse principium
materiale in actione et passione.

Videtur quod non:

1. Idem in numero secundum suam essentiam non potest esse
in diversis praedicamentis; sed actio et passio sunt diversa prae- 5
dicamenta.

2. Item, in eodem in numero non possunt esse opposita; sed
ratio actionis et passionis sunt opposita; ergo etc.

Contra: aequè impossibile videtur unam naturam generis ter-
minari ad diversas species et oppositas, sicut eundem motum in 10
numero esse principium materiale actionis et passionis; sed na-
tura generis terminatur per species oppositas; ergo etc.

Item, sicut motus unde motus de necessitate est in aliquo
principio passionis, motus unde motus de necessitate est ex
aliquo principio activo; sed existens in principio passivo est 15
determinatum ad praedicamentum passionis, existens ex prin-
cipio activo determinatur <ad> praedicamentum actionis.

Quaestio 15a.

Utrum actio secundum quod actio subiectum requirat

Quaeritur utrum actio secundum quod actio subiectum requi-
rat.

Videtur quod non:

1. Illud cui tollitur ratio eius quod ipsum est per respectum ad
subiectum, illud non requirit subiectum; sed actioni tollitur ratio
eius quod ipsum est per respectum ad subiectum, quia ipsa actio
per respectum ad subiectum passio est sive rationem passionis
acquirat; ergo non requirit subiectum. 20

2. Item, quod est illud quod ipsum est per respectum ad agens,
cum ipsum non est in agente ut in subiecto, subiectum non re- 25

quirit; actio est illud quod ipsa est per respectum ad agentem et non est in agente; ergo non requirit subiectum.

- 30 Contra: accidens subiectum requirit; sed actio est accidens, ergo subiectum requirit.

Item, illud quod subiectum non requirit substantia est; si igitur actio non requirit subiectum, est substantia, quod est inconueniens.

Quaestio 14b.

- 35 Ad primam quaestionem dico quod idem motus in numero potest esse principium materiale actionis et passionis, quia illud quod recipit patiens hoc tribuit agens: secundum quod est in agente, determinatur ad praedicamentum actionis, secundum quod in patiente, determinatur ad praedicamentum passionis.

- 40 1. Ad argumentum dico quod illud quod habet unam essentiam determinatam ad unum praedicamentum, illud non potest esse in diversis praedicamentis; sed motus non est secundum suam essentiam determinatus ad aliquod genus unum: motus enim in se consideratus est in potentia ad utrumque praedicamentum,
45 nec repugnat sibi ratio actionis vel passionis, ideo bene potest esse in diversis praedicamentis.

2. Ad aliud dico quod ratio actionis et passionis opponitur relata ad idem, ratio tamen ipsorum relata ad diversa non opponitur.

Quaestio 15b.

- 50 Ad aliam quaestionem dico quod in duobus est hic dubitatio: in uno quia <in> quantum actio est motus applicatus subiecto, rationem passionis habet. Item, motus non acquirit ex suo subiecto rationem per quam motus est actio causaliter, ideo quaerit quaestio utrum actio, in quantum actio, subiectum requirat.
55 Et dicendum quod sic, quia actio habet aliquod principium materiale, sicut est motus ipse, et aliquod principium formale quod est esse ab agente, et natura utriusque accidentalis est,

et ideo actio subiectum requirit, tamen ex subiecto causaliter rationem actionis non acquirit.

1. Ad argumentum dico quod minor falsa est. Licet motus ⁶⁰ comparatus ad subiectum ex ipso rationem passionis habeat, ipse idem comparatus ad aliud, non repugnat quin posset habere rationem actionis.

2. Ad aliud dico quod habet esse sufficienter ab agente, sed actio non habet illud quod sufficienter est ab agente: nullum ⁶⁵ enim agens agit nisi habeat aliquod principium passivum in quod agat, ut statuarius non statuatur nisi habeat materiam passivam ex qua debeat fieri statua.

Quaestio 16a.

Utrum quies sit actus

Quaeritur utrum quies sit actus.

Videtur quod sic:

1. Contraria debent esse in eodem genere; sed motus et quies sunt contraria, et motus est actus; ergo etc.

2. Item, perfectio actus est; sed 5^o huius: quies est perfectio ⁵ motus; ergo quies est actus.

3. Item, 2^o huius: »privatio quodammodo species est«; species actus est, sed quies est privatio quaedam; ergo etc.

Contra: omnis actus aut est perfectus aut imperfectus; sed quies non est actus imperfectus: tunc omne quiescens in quan- ¹⁰ tum quiescens esset imperfectum, et iterum tunc quies esset motus, quia actus entis imperfecti in quantum <im>perfectum, est actus entis in potentia; nec est actus perfectus, quia motus terminatur ad actum perfectum per se et non ad quietem, sed ad rem in qua fit quies, unde sic motus terminatur ad quietem sicut ¹⁵ alteratio terminatur ad similitudinem.

10 omne] omnis *ms.* 11 imperfectum] *corr. ex* imperfectus. 16 alteratio] albatio *ms.*

5 Aristoteles, Phys V (c.6, 230a 1-5).

7 Aristoteles, Phys. II (c.1, 193b 19-20).

Item, omnis actus significat aliquam naturam positivam; sed quies solam privationem motus videtur portare: est enim quies
 l. 11va privatio motus. ||

Quaestio 17a.

Utrum subiectum quietis est perfectum.

20 Quaeritur utrum subiectum quietis est perfectum.

Videtur quod sic:

Subiectum motus et quietis debent esse in dispositionibus oppositis; subiectum motus est imperfectum: quomodo enim moveretur aliquod mobile ad aliquem terminum, si non esset
 25 imperfectum secundum illum terminum? Ergo etc.

Contra:

1. Omne subiectum quod disponitur privatione est imperfectum, quia privatio existens in subiecto tollit perfectionem eius; subiectum quietis disponitur privatione.
 30 2. Item, omne illud, in quo potentia invenitur ante actum, est imperfectum: potentia in subiecto tollit perfectionem; sed in subiecto quietis ponitur potentia ante actum, ergo etc., quia cum quiescit, est in potentia ad motum.

Quaestio 16b.

Ad primam quaestionem dico quod quies non est actus, sed
 35 est sola privatio motus. Et ex hoc concludendum quod circa illud circa quod non contingit moveri, circa illud non contingit quiescere secundum illam formam secundum quam subiectum non potest moveri, ut secundum formam substantialem. Quia cum habitus et privatio nata sint fieri circa idem, et motus et
 40 privatio sunt huiusmodi, ideo etc. Et ideo sicut ad formam impartibilem non est possibile moveri, sic in forma impartibili non contingit quiescere. Et ideo 5° huius: eodem modo se haberi in huiusmodi forma est necessario.

43 necessario] *lectio dubia.*

42 Aristoteles, Phys. V (c.6, 230a 7-10).

1. Ad argumentum dico quod sunt privative opposita, et sic minor falsa <est> quae dicit quod sunt contraria. 45

2. Ad aliud dico quod nihil aliud intelligit Aristoteles quam quod quies est perfectio motus, scilicet apud quietem perficitur motus.

3. Ad aliud dico quod X° Metaphysicae exponit privationem uno modo quod est actus diminutus, et ideo dicit actum dimi- 50
nutum formam privatam perfectione sua, et ideo dicit 'quodam-
modo', etsi quies sit privatio, non tamen privatio quae quodam-
modo actus est.

Quaestio 17b.

Ad aliam quaestionem dico quod subiectum quietis potest esse perfectum et imperfectum. Cum enim motus sit per se in rem 55
alicuius praedicamenti, et per accidens est in ipsam quietem:
nam ad quam rem est motus, in illa re est quies perfectio motus.
Et hoc est universaliter verum, quantum est ex parte motoris
in hanc rem moventis. Modo contingit quod motus cum sit in
rem alicuius praedicamenti et in illa re sit quies. Modo contingit 60
motum cessare antequam perficiatur illa res ad quam movebatur
mobile, et tunc est quies in illa re, tunc subiectum est imperfec-
tum. Contingit quod motor non deficiat mobili donec perficia-
tur res illa ad quam est motus et tunc est quies, et subiectum
quietis est perfectum. Sed quaeres: nonne quies ex hoc quod 65
ipsa privatio est, potest arguere suum subiectum esse imperfec-
tum sicut aliae privationes, ut ignorantia arguat animam specu-
lativam esse imperfectam? Dico quod quaedam est privatio
actus perfecti, sicut ignorantia privatio scientiae perfectae, et
talīs reddit suum subiectum imperfectum, et talīs privatio non 70
est quies. Alia est privatio actus imperfecti, et talīs privatio
non reddit suum subiectum imperfectum.

67 ignorantia] ingnorantia ms.

46 Aristoteles, Phys. V (c.6, 230a 1-5).

49 Aristoteles, Metaphys. X (I, c.4, 1055a 33sqq.).

1. Ad argumentum dico quod dispositum privatione actus perfecti est imperfectum, sed dispositum privatione actus im-
 75 perfecti non est imperfectum, quia si subiectum esset perfectum ex hoc quod ipsum moveretur, tunc privatio motus redderet ipsum imperfectum; sed non est ita.

2. Ad aliud dico quod quando potentia praecedit actum qui actus si esset in subiecto, esset perfectius magis quam prius
 80 esset, et si in subiecto quiescentis praecedit potentia actum, tamen cum ille actus sibi inesset, non esset subiectum perfectum.

Quaestio 18.

Utrum mutatio sit divisibilis

Quaeritur utrum mutatio sit divisibilis.
 Videtur quod sic:

1. Omnes motus et mutationes sunt in tempore, 6° huius; omne quod est in tempore divisibile est: nulla mensura indivi-
 5 sibilis potest mensurare divisibile.

2. Item, esse mutationis consistit in fieri: nam mutari est fieri; sed fieri quid successivum est, et omne successivum est divisibile; ergo etc.

Contra: nullus terminus continui potest esse divisibilis; motus
 10 continuus est et mutatio eius terminus; ergo etc.

Item, sicut instans ad tempus et punctus ad lineam, sic mutatio ad motum; sed instans et punctus indivisibilia <sunt>; ergo et mutatio indivisibilis.

Item, medium inter terminos ipsius motus causa est quare
 15 motus divisibilis est: quod enim non potest esse in medio inter duos terminos, non potest moveri ex uno in alterum, sed subito fit ex uno in alterum; omnes termini motus de necessitate medium habent, aliter ex uno termino in alterum fieret subiec-
 tum subito; inter terminos mutationis non potest esse medium,

79 perfectius] perfectus *ms.*

6 nam] nō *ms.* 15 esse] sine *add. et exp.*

3 Aristoteles, Phys. VI (c.2, 232b 20-21).

quia mutatio est a subiecto in non-subiectum vel e converso; 20
ideo non potest mutatio esse divisibilis.

Ad istam quaestionem dico: quatuor sunt hic intelligenda:
primum quod mutatio necessario est indivisibilis; secundum quod
licet sit indivisibile, tamen mutatio non potest separari a motu;
tertio quod omnis mutatio exigit tempus ad se de necessitate; 25
quartum quod tempus illud non est mensura illius mutationis.

Ratio primi est: accipiatur instans quod continuat totum
tempus motus praecedentis et totum tempus subsequentis, in-
stans unum est quod continuat haec duo tempora. Tunc arguo:
omne quod natum est moveri aut movetur aut quiescit aut 30
mutatur. Mobile in instanti quolibet continuat ista duo tempora.
Non movetur, quia est illud instans post totum motum; non
quiescit, quia instans est ante totum tempus quiescens; ergo
mutatur, et tamen in instanti non potest esse divisibile, ergo
mutatio de necessitate indivisibile est. Item, in illo instanti non 35
movetur, quia moveri est aliter se habere nunc quam prius, et
in instanti non est prius et nunc. Nec quiescit, quia quiescere
est eodem modo se habere nunc et prius, et in instanti non est
nunc et prius. Et sic ergo mutatur in instanti, et ideo est mutatio
indivisibilis. 40

Ratio secundi est quod mutatio a motu non potest separari:
sicut enim in motu est aliqua pars in qua parte motus illud
quod movetur est sub una dispositione et alia sub contraria:
nam omne quod movetur a contrario venit eius ad quod move-
tur. Si igitur esset mutatio divisibilis, oportet quod in illa muta- 45
tione esset aliquid in quo esset illud quod movetur sub una dis-
positione et <aliquid> in quo esset sub dispositione contraria.
Ergo aut mutatio esset divisibilis, et tunc mutatio esset motus,
vel si esset indivisibilis, tunc fieret in instanti, et quod fieret in
instanti, esset sub contrariis dispositionibus, vel sequeretur ter- 50
tium quod mutatio non esset inter opposita, et unumquodque
istorum est impossibile. Sed cum mutatio non est separata a
motu, non sequitur illud impossibile, quia in toto motu quando
movetur mobile, est in contrario, sed in ultimo tempore ipsius
motus est sub alio contrario, et ita si esset separata a motu, 55
sequeretur quod in instanti esset esse et non-esse eiusdem.

Ratio tertii est, scilicet quod omnis mutatio de necessitate requirit tempus: Quod enim mutatur est in termino ad quem mutabatur ex contrario, ideo oportet ponere ante illud instans
 t. 11vb aliquod proximum || in quo erat sub contrario ex quo mutabatur, et hoc est tempus. Et illud proximum non erit instans, in hoc instanti mutatum est modo sub illo ad quod mutabatur, et si non ponas aliquod proximum in quo mutabatur, erit aliquod medium in quo neque erit sub uno contrario, neque sub reliquo. Si in
 65 eodem instanti non potest esse et non esse rei, oportet praepone-
 nere aliquod in quo ipsum quod mutatur, mutatur.

Ratio quarti est, scilicet quod tempus non est mensura mutationis, quia mutatio est inter terminos in quibus non est aliquod medium. Si ergo tempus esset mensura illius mutationis, tempus
 75 esset ex indivisibilibus. Et sic apparent quattuor praedicta. Sic mutatio est necessario indivisibilis.

1. Ad argumentum dico quod motus est in tempore, sicut in per se mensura eius, et mutatio est in tempore per accidens, quia est in instanti quod est in tempore.
- 75 2. Ad aliud dico quod fieri quod est moveri est in tempore, sed fieri quod est mutari non est in tempore, et ita minor falsa <est>.

Quaestio 19.

Utrum mutationem praecedat motus

Quaeritur utrum mutationem praecedat motus.
 Videtur quod non:

1. Factio mundi quaedam est mutatio et ipsam non praecessit aliquis motus; ergo etc.
- 5 2. Item, operatio primi principii videtur esse aliqua mutatio quae solet vocari creatio; si igitur mutatio non posset esse nisi praecederet motus, tunc operatio primi principii dependet ex motu, quod est impossibile.

Contra: si mutatio aliqua esset quam motus non praecederet et
 10 mutatio est in instanti et omne quod mutatur venit ex uno in

aliud, quae sunt impossibilia, sequeretur quod mutatio esset divisibilis, ita quod in uno eius esset sub uno a quo venit et in alio sub illo ad quod mutatur, aut duo opposita simul, aut sequeretur quod mutatio non esset inter opposita; non igitur potest esse mutatio nisi ipsam praecedat motus. 15

Item, sicut instans ad tempus, et punctus ad lineam, sic mutatio ad motum, quoniam minimum est in motu, quia sicut in toto tempore fit totus motus, sic in minimo temporis minimum motus; sed instans non potest esse sine tempore, ergo nec punctus sine linea, ergo nec mutatio sine motu. 20

Ad istam quaestionem dico quod non potest esse mutatio nisi ipsam praecedat motus. Et ratio huius est: illud quod mutatur venit ex quodam termino in quendam terminum qui termini sunt impossibiles. Aliud est quod illud quod mutatur dum mutatur mutatum est, quia mutatio indivisibilis est, illud autem 25 quod mutatum est, est in eo ad quod mutatum est. Tunc quaero: quando fuit in termino ad quod mutatum est, aut tunc fuit posterius aut in eodem instanti aut prius. Non posterius, quia tunc fuisset prius in termino ad quem quam in termino a quo. Non in instanti eodem, quia tunc essent impossibilia in eodem sub- 30 iecto. Sequitur ergo quod fuerit in duratione priori. Aut igitur illa duratio est tempus, aut nunc temporis, aut nunc aeternitatis. Sed ipsum non temporis: quia non praecessit motus, ergo nec tempus nec nunc temporis. Et istam mutationem non praecedit motus, ergo nec temporis sine tempore nec duratione aeternita- 35 tis, quia si sic tunc terminus a quo mutabatur esset in aeternitate et semper esset in aeternitate et numquam fuisset mutatum ad terminum ad quem. Sequitur igitur quod impossibile sit quod sit aliqua mutatio quam non praecessit motus. Sed non voco creationes mutationes, quia dicitur 8^o Physicorum quod »sub- 40 ici oportet aliquid ei quod fit«, et creatio non requirit aliquid.

17 minimum] *lectio dubia*. 18 minimo] *lectio dubia*. minimum] *lectio dubia*.
26 in] *iter*. 30 instanti] *lectio dubia*.

40-41 Aristoteles, Phys. I (c.7, 190a 14-15; c.9, 192a 29-30. - Hoc dictum non invenitur in 8^o Physicorum, sed in primo.

1. Ad argumentum dico quod factionem mundi nullus motus praecessit, quia omnis motus est in aliqua parte mundi. Et factio mundi non est mutatio: mutatio enim subiectum habet
 45 in quo fiat et subiectum ex quo fiat illud quod per mutationem fit. Talis non est factio mundi.

2. Ad aliud dico quod actio primi principii non dependet ex aliquo motu praecedente, nec est sua operatio mutatio, quia intelligo per mutationem illud quod subiectum habet. Ideo maior
 50 falsa est.

Quaestio 20a.

Utrum omnis motus habeat duas mutationes terminos suos

Quaeritur utrum omnis motus habeat duas mutationes terminos suos.

Videtur quod non:

1. Omnis mutatio est ex non-subiecto in subiectum vel e
 5 converso, ex subiecto in non-subiectum corruptio est, e converso generatio; sed non omnis motus finitur per generationem et per corruptionem.

2. Item, terminus motus de necessitate debet esse divisibilis sicut subiectum motus, et hoc probatur tribus modis: subiectum
 10 motus divisibile est, quia impartibile non movetur; terminus motus est divisibilis, quia terminus motus generatur in subiecto; sed quod generatur est divisibile. Iterum, 6^o huius: quod eiusdem divisionis est terminus motus et motus, quia sicut totus motus ad totum terminum et pars motus ad partem termini.
 15 Et iterum, ad indivisibile non potest esse motus sed subita mutatio: quod enim successive acquiritur habet partem et partem; sed motus fit successive; ergo non omnis motus habet duas mutationes terminos suos.

Contra: terminus cuiuslibet continui est indivisibile respectu
 20 generationis illius continui: terminus enim lineae non potest esse

1 habeat] habet *ms.* 6 finitur] *lectio dubia.*

12 Aristoteles, Phys. VI (c.1, 231b 18-22).

unitas sed punctus; sed nihil est indivisibile ipsius motus nisi mutatio; ergo etc.

Item, illud quod movetur efficitur quiescens aut per motum, aut per mutationem; si per motum, et ipsum adhuc contingit quiescere, et sic erit processus in infinitum; relinquitur ergo quod ²⁵ per mutationem.

Item, tempus totum motus praecedentis et quietis subsequentis continuum est, ergo est aliquod unum instans ista duo tempora <continuans>. In illo instanti non movetur mobile, quia est post totum tempus motus; nec quiescit, quia est ante totum ³⁰ tempus quietis; ergo mutatur. Ergo motus habet istam mutationem pro termino suo. Praeponatur quies et postponatur motus: totum tempus quietis praecedentis et totum tempus motus subsequentis continuata sunt, erit ergo unum instans ista duo tempora continuans: in illo instanti non quiescit, quia illud instans ³⁵ est post totum tempus quietis praecedentis; nec movetur, quia illud instans est ante totum tempus motus; ergo mutatur.

Quaestio 21a.

Utrum mutatio sit actus

Quaeritur utrum mutatio sit actus.

Videtur quod non:

1. Illud non est actus quod non respondet potentiae; mutatio ⁴⁰ non respondet potentiae, quia non respondet potentiae quam habet mobile ad motum, nec potentiae quam habet mobile ad formam.

2. Item, omnis actus aut est actus primus aut secundus; sed mutatio non est primus, quia per actum primum est res aliqua ⁴⁵ in sua specie, sed per mutationem non est res || in sua specie, **f. 12ra** quia lapis non est in sua specie per mutationem; nec est actus secundus, quia actus secundus est ultima perfectio rei, sed mutatio rei non est eius ultima perfectio; ergo etc.

Contra: illud est actus quod terminat potentiam, 9° Metaphy- ⁵⁰

25 processus] precessus *ms.*

50 Aristoteles, Metaphys. IX (Θ, c.7, 1049a 5-6).

sicae: esse in actu est esse in contraria dispositione ei in qua est dum est in potentia; sed mutatio terminat potentiam, quia motus est actus entis in potentia, sed quod terminat motum, terminat potentiam; mutatio terminat motum, ergo potentiam,
 55 ergo est actus.

Item, forma ad quam mobile est in potentia actus est, et quicquid inducit eam speciem in aliam existentiam dicitur movere, 3° huius; sed mutatio inducit formam in materia; ergo etc.

Quaestio 22a.

Utrum mutatio sit actus perfectus

Quaeritur utrum mutatio sit actus perfectus.

60 Videtur quod non:

1. Ille actus est imperfectus qui <imperfecte> respondet potentiae; sed mutatio est actus qui respondet potentiae ad viam; ergo etc.

2. Item, actus imperfectus subiecti est imperfecti; mutatio
 65 est actus imperfecti, quia actus mutabilis quod est imperfectum; ergo etc.

3. Item, mutatio non est nisi cum fit, et mutatio non est actus nisi cum est, ergo mutatio non est actus nisi cum fit; sed quod <non> est, perfectum non est; ergo etc.

70 Contra: omne indivisibile cum ipsum sit, ipsum est perfectum: perfectum enim est illud cui nihil deest de hiis quae sibi debentur; mutatio est quid indivisibile; ergo etc.

Quaestio 20b.

Ad primam quaestionem dico quod omnis motus habet duas mutationes terminos suos, quia sicut motus non terminatur nisi
 75 per mutationem — inter tempus motus et tempus quietis est instans in quo instanti nec movetur mobile nec quiescit, ergo mutatur — ita mutatio similiter debet esse a parte inceptionis,

57 in] enim (?) ms. 67 fit] sit ms. 68 fit] sit ms. 75 tempus²] motus ms.
 77 ita] ista ms. debet esse] dico (?) ms.

57 Aristoteles, Phys. III (c.1, 201a 10-29).

quia motus non incipit per motum, quia tunc cum mobile incipit movere, movetur. Tunc esset bonum argumentum: incipit moveri, ergo movetur, quod est falsum. Si quaeras utrum omnis motus finitus habeat duas mutationes terminos suos, dico quod sic. 89

1. Ad argumentum dico quod minor falsa est, quia omnis motus terminatur ad generationem vel corruptionem, ut patet. Cum Socrati generatur album, corrumpitur secundum aliquid sui, ut secundum suam nigredinem, et e converso, ut patet intuiti, licet non corrumpitur simpliciter. 85

2. Ad aliud dico quod motus habet duplicem terminum finalem: unum qui fit per motum, ut albatio, et talis terminus divisibilis est, quia est motus successivus; alius est terminus qui non fit per motum, et talis non est divisibilis. Unde argumenta probantia quod terminus debet esse divisibilis, procedunt de primo termino, argumenta probantia quod terminus non debet esse divisibilis, procedunt de secundo termino qui non fit per motum, quia mutatio non fit per motum, quia quando aliquid fit in aliquo subiecto per motum, cum fit, ipsum movetur: cum albedo fit in ligno, movetur, sed quoniam mutatio fit ex quo est post totum motum, non movetur sed mutatur; similiter nihil indivisibile acquiritur per motum. 90

Quaestio 21b.

Ad aliam quaestionem dico quod mutatio est actus, quia respondet potentiae, sicut motus respondet potentiae quam habet mobile ad motum, et forma respondet potentiae quam mobile acquirit per motum. 100

1. Ad argumentum in contrarium dico quod mutatio respondet potentiae, sed non potentiae quam habet mobile ad motum nec ad formam, sed potentiae quam habet ad mutationem. 105

2. Ad aliud dico quod mutatio est actus secundus, quia tunc mobile, cum sit in mutatione ultima, est in ultima perfectione.

Quaestio 22b.

Ad aliam quaestionem dico quod cum indivisibile est perfectum cum ipsum sit, quia illud solum est imperfectum cum sibi
 110 deficit aliquid eorum quae sibi debentur secundum suam speciem. Non enim dices hominem esse imperfectum, quia non habet aliquid quod pertinet angelis, sed est imperfectum, cum sibi deficit eorum aliquid quae sibi debentur. Sed indivisibili, cum ipsum sit, nihil deficere potest, quia indivisibile non habet
 115 hoc et hoc.

1. Ad argumentum dico quod actus respondet potentiae ad viam: si ista via sit divisibilis, est imperfectus; sed mutatio est via indivisibilis.

2. Ad aliud dico quod mutatio non est actus imperfecti, quia
 120 cum mutatur mutatum est, et quando mutatum est, est in eo ad quod mutatum est, et quod est in eo ad quod mutatum, est perfectum, et mutabile est imperfectum antequam mutatur. Sed quando mutatur perfectum est secundum illud, quia quando mutatur mutatum est, et est in eo ad quod mutatum est in quo
 125 est perfectum secundum illud.

3. Ad aliud dico quod mutatio non est nisi cum fit, sed non est verum quod cum mutatio fit, ipsa non est, quia cum instans fit, ipsum est.

*Quaestio 23a.**Utrum infinitum sit possibile*

Quaeritur utrum infinitum sit possibile.
 Videtur quod sic:

1. Agens infiniti vigoris potest producere effectum infinitum, quia omnis effectus finitus natus est produci ex agente finito;
 5 sed primum principium est infiniti vigoris, quia si non, virtus finita aliquotiens sumpta virtutem primi principii excederet, quod est impossibile.

6 finita] infinita *ms.*

2. Item, si habitus est possibilis, et privatio est possibilis, quia circa idem nata sunt esse; sed finitum est, ergo et infinitum.

3. Item, illud agens cuius virtus non impeditur ex alio, potest¹⁰ producere effectum infinitum; sed virtus primi agentis non impeditur ex se nec ex alio.

Contra: nullum agens potest facere illud quod impossibile est fieri; sed infinitum non potest fieri, quia quod non potest esse non potest fieri; sed infinitum non potest esse.¹⁵

Item, agens summae virtutis non potest producere sibi aequalem; sed primum principium est summae virtutis, quia in omni ordine moventium virtus primi moventis excedit virtutem cuiuslibet posterioris || moventis; sed si produceret effectum^{f. 12rb} infinitum, produceret effectum sibi aequalem; ergo agens tale²⁰ non producit infinitum.

Quaestio 24a.

Utrum de infinito possit esse scientia

Quaeritur utrum de infinito possit esse scientia.

Videtur quod non:

1. De non-ente non potest esse scientia; infinitum est huiusmodi.²⁵

2. Item, scientia est habitus intellectus speculativi, quod ergo non potest ab intellectu comprehendi, illud non potest sciri; infinitum est huiusmodi, quia numquam infinitum potest perfecte comprehendi eo quod post omnem comprehensionem factam ab intellectu de infinito adhuc remanet aliquid comprehen-³⁰dendum.

3. Item, cognitio rei est per formam: materia enim cognoscitur secundum analogiam quam habet ad formam; infinitum non habet formam.

4. Item, 2^o Posteriorum: »scientem quid est oportet scire si³⁵ est«; scire autem si infinitum est non contingit; ergo non contingit sciri de eo quid est.

³⁵ scire] quid *add. et exp.*

³⁵ Aristoteles, Post.Analyt. II (c.1, 89b 25-35).

5. Item, omnis scientia aut est per diffinitionem aut demonstrationem; infinitum non habet diffinitionem, quia nec essentiam, nec demonstrationem, quia quod demonstratur diffinitur, sed diffinitio sit illud per quod aliquid de alio demonstratur.

Contra: per Aristotelem qui tradit scientiam de infinito, et patet similiter per antiquos naturales: dicit enim quod omnes qui naturaliter locuti sunt tetigerunt aliquid de infinito.

45 Item, privatio cognoscitur iuxta suum habitum; sed finitum cognoscitur, ergo infinitum.

Quaestio 25a.

Utrum de infinito possit esse scientia naturalis

Quaeritur utrum de infinito possit esse scientia naturalis.

Videtur quod non:

1. quia scientia naturalis debet esse in rebus naturalibus; infinitum non est res naturalis.

2. Item, infinitum supponit continuum, ergo naturalis non debet determinare de infinito, cum non habeat considerare de continuo.

Contrarium:

55 3. in littera.

4. Item, una disciplina considerat utrumque contrariorum; scientia naturalis considerat finitum et causas propter quas infinitum reperitur in corporibus naturalibus.

5. Item, cuius esse consistit in fieri et in motu eius consideratio pertinet ad physicum; sed infinitum est tale cuius esse consistit in motu et fieri; ergo etc.

Quaestio 23b.

Ad primam quaestionem dico quod infinitum potest dici tribus modis: extensive, sicut quantitas terminos non habens, ut corpus vel linea vel superficies; intensive, sicut virtus infiniti

41 sed] *lectio dubia.* 51 infinitum] *naturale ms.*

55 Aristoteles, Phys. III (c.4, 202b 36-203a 3).

vigoris, sicut intelligeres calorem intendi in infinitum; in dura- 65
tione, sicut est res semper uno modo se habens quae numquam
desinit esse.

Primo modo infinitum non potest esse, nec aliquod agens ip-
sum facere potest, quia infinitum extensive accidens est, ideo a
nullo agente potest fieri separatum a subiecto vel esse, nec po- 70
test fieri in aliquo subiecto, quia corpus in quo posset fieri fini-
tum est, quia caelum et omne quod infra eum est finitum est, quia
si caelum esset infinitum, circulum non compleret, et sic infini-
tum non potest esse, quia sic accidens excederet suum subiectum.
Nec hoc significat aliquam impotentiam in deo, quia potentia 75
non diminuitur nisi ex remotione alicuius eorum ad quae se
extendebat in potentia. Unde quod agens non posset facere
illud quod non potest fieri non significat aliquam impotentiam.

Nec potest deus facere infinitum secundo modo dictum quod
dicitur infinitum esse intensive. Quod illud sit, in hoc declaratur 80
ex duobus: omne factum est pertransitum, et tale oportet esse
finitum, et ita omne factum oportet esse finiti vigoris. Item, ex
alio illud idem declaratur: cum necesse est virtutem primae cau-
sae maiorem esse quam virtus causae secundae, quia primus
motor est causa omnium posteriorum motorum, nonne oportet 85
illius virtutem esse summam quae est causa omnium entium?
Primi principii virtus summa est, et ens quod est causa totius
entis causati habet virtutem omnis entis, et ideo non oportet
producere in infinitum, quia hoc infinitum sibi esset aequale.

Nec potest deus producere effectum infinitae durationis cir- 90
cumscrip- ta conservatione primi principii. Et hoc declaratur:
sicut duratio aeterna talis est quod ipsa non potest esse aliqua
duratio maior, sic virtus quae facit durationem aeternam debet
esse talis qua non potest esse maior virtus. Si esset virtus maior
illa, tunc illa maior virtus posset facere maiorem durationem 95
quam sit duratio aeterna, quod est impossibile. Est enim virtus
quae facit durationem aeternam, qua non potest esse maior,
et in nullo ente causato potest esse virtus infinita. Et virtus
primi principii est infinita tamen vigore, quia si finita, tunc illa

100 contingeret sumere virtutem maiorem, tunc impossibile est quod deus faciat infinitam durationem circumscripta conservatione sua. Item, illud quod aeterniter durat per virtutem quae in ipso est praeter hoc quod dependeat ex alio, illud de se habet virtutem ut existat; nullum ens factum vel causatum de se
 105 habet virtutem ut existat: tunc enim causatum non esset; igitur nullum causatum potest aeterniter esse per virtutem quae in ipso est. Ideo Commentator: quod caelum est aeternum modo recipiendi et non modo agendi. Et in De Causis: quod »omnis intelligentiae fixio et essentia est per bonitatem puram quae
 110 est causa prima«, et similiter in eodem alibi: »omnes virtutes dependent ex virtute quae est prima virtus«, vel similiter Plato: »Plus valet ad custodiam vestrae aeternitatis mea voluntas quam vestra natura«. Ex hiis apparet quod tale <in>finitum
 f. 12^{va} non potest prima causa facere. ||

115 1. Ad argumentum dico quod maior falsa est, et ratio huius est, quia agens infinitae virtutis est agens summae virtutis, et talis non potest habere virtutem sibi aequalem.

2. Ad aliud dico quod non oportet: infinitum <etc.>; est enim quidam habitus qui subiectum in quo est sibi determinat per
 120 causas quae in ipso sunt, cuiusmodi est finitum, et de tali habitu non oportet 'si habitus sit, possibilis et privatio'.

3. Ad aliud dico quod maior falsa est, quia virtus in se non extendit ad talem effectum, quia a nullo agente potest produci effectus infinitus aliquo istorum modorum.

102 aeterniter] *sic in ms.* 106 aeterniter] *corr. ex aeternaliter.* 119 subiectum] *est add. et exp.*

108 Liber de Causis, § 8 (ed. Bardenhewer, p.172, n.2 sqq.). - Cf. etiam Boethium de Dacia, De aeternitate mundi (ed. Sajó) 575-576.

110 Liber de Causis, § 15 (ed. Bardenhewer, p.177, n.20 sqq.). - Cf. etiam Boethium de Dacia, De aeternitate mundi, 592-593.

111 Plato, Timaeus, 41 B (ed. Waszink-Jensen, p.35, n.15-17). - Cf. etiam Boethium de Dacia, De aeternitate mundi (ed. Sajó) 581-583. - Cf. etiam supra Lib.I, Qu.33 (p. 193: 97).

Quaestio 24b.

Ad aliam quaestionem dico quod res quae habet principia et ¹²⁵ elementa, et ideo ens per accidens, non potest habere scientiam determinatam, 6° Metaphysicae; 2° Physicorum: ens per accidens est a fortuna, et accidens non potest habere scientiam determinatam, quia habet infinitas causas. Sed quaedam sunt talia quae habent principia et elementa ex quibus necesse est ¹³⁰ ipsa esse, et talia non habent infinitum, et ideo per talia non potest infinitum sciri. Alia habent principia ex quibus necesse est ipsa non esse, et talia principia habent infinitum, et per talia sciri potest infinitum. In corporibus et plantis reperitur causa quare non oportet infinitum esse, potest igitur infinitum ¹³⁵ sciri per principia per quae habent non esse, et de infinito potest esse scientia per privationem sui habitus.

Per hoc apparet solutio ad rationes ad utramque partem, quia omnes procedunt suis viis.

Quaestio 25b.

Ad aliam quaestionem dico quod scientia potest dici naturalis ¹⁴⁰ tribus modis: naturalis, quia innata est animae, sic desiderium est animae innatum, et sic scientia de infinito non est naturalis. Alio modo naturalis dicitur scientia, quia est de rebus quarum principia sunt natura, ut planta, et sic adhuc de infinito non potest esse scientia naturalis. Tertio modo scientia dicitur natu- ¹⁴⁵ ralis de aliquo, quia per causas et demonstrationes sumptas ex rebus naturalibus ostenditur ipsum non esse nec esse posse, et sic de infinito est scientia naturalis. Per hoc apparet solutio ad utramque partem.

1. Ad argumentum primum dico quod scientia tertio modo ¹⁵⁰ dicta est de rebus naturalibus, et non secundo modo.

2. Ad aliud dico quod naturalis non habet considerare de

150 tertio modo] 3^o modo *ms. et s.l. corr. in 2^o modo.* **151** secundo modo] 3^o modo *ms.*

126 Aristoteles, Metaphys. VI (E, c.2, 1027a 20; 1026b 3-5); Phys. II (c.5, 197a 8-35).

infinito absolute. Infinitum competit continuo absolute. In comparatione ad corpus naturale in quo habet esse infinitum, ipsum
 155 potest esse, et sic est consideratio naturalis de infinito.

Similiter ad rationes in oppositum dicendum quod

3. omnes fecerunt verbum de infinito ostendentes ipsum non esse, et hoc est infinitum tertio modo dictum.

4. Ad aliud dicendum quod hoc est esse infiniti in potentia,
 160 unde de infinito in potentia bene potest esse scientia naturalis, et per causas ostendentes ipsum non esse.

5. Ad aliud argumentum dico quod illa ratio procedit de infinito in potentia, ut est esse continui infinitum in potentia: esse enim illius et fieri consistit in motu.

Quaestio 26a.

Utrum aliquod ens sit extra mundum

Quaeritur de quodam dicto in littera utrum aliquod ens sit extra mundum.

Videtur quod non:

Pars non est extra suum totum; sed omne ens est aliqua pars
 5 mundi; ergo etc.

Item, intelligentia nec de se nec per accidens localis est, et propter hoc magis videtur quod sit extra mundum; sed ipsa non: Algazel dicit quod intelligentia infra terminos mundi clauditur; nec est aliquod corpus extra mundum, quia omne corpus
 10 aut est simplex aut mixtum; simplex non potest ibi esse, quia aut violenter aut naturaliter. Non naturaliter, quia simplex corpus non habet duo loca naturalia: simplex corpus habet locum naturaliter in mundo hoc; nec violenter, quia ubi est corpus violenter, ab illo inclinaretur naturaliter. Si igitur corpus sim-
 15 plex haberet ibi esse violenter, inclinaret ad alium, et ita adhuc

163 continui] *corr. ex continuum.*

8 Algazel, *Philosophia* (Metaphys.) Venet. 1506, Lib. II, Tract. I, c.5; Tract. II, c.8 (ed. Muckle, Toronto 1933, p. 138:33 - 139:10; 152:16-25). - Averroes, *Destruct. philos. Algazelis*, In *Phys. Disp. II*, fol. 59r (ed. Zedler, Milwaukee 1961, p 423).

haberet alium locum naturalem, et sic non esset extra mundum. Nec potest corpus mixtum esse extra mundum, quia est ex simplicibus, et simplicia non possunt <esse> extra mundum. Et sic nullum corpus nec motus, quia omnis motus in corpore, nec tempus. 20

Contra: illud ens quod non potest <esse> intra mundum est extra mundum; intelligentia non est intra mundum, quia non est localis.

Quaestio 27a.

Utrum in rebus aeternis possit potentia praecedere actum

Quaeritur utrum in rebus aeternis possit potentia praecedere actum. 25

Videtur quod sic:

1. Omne quod agit habet potentiam secundum quam agit, XI^o Metaphysicae; non omne quod habet potentiam, agit secundum eam; ergo secundum ipsum videtur quod potentia praecedat actum. 30

2. Item, actus primus potest esse sine actu secundo, ut potentia <videndi> ante videre vel sine videre.

Contra: omnis potentia praecedens actum potest poni in ipsum actum, aliter potentia non esset; in aeternis nulla potentia potest poni in actum: tunc non essent aeterna, sed esset in eis novum 35 possibile; novum non causatur nisi in eo quod potentia quae actum praecessit ponitur in actu.

Item, illud ens in quo potentia praecedat actum est imperfectum: ens enim quod habet potentiam est ens perfectibile; in aeternis nullum imperfectum invenitur, quia si sic, aut esset 40 perfectibile et sic temporale, quia illud est temporale in quo est possibile oppositum; aut imperfectibile, et sic non est imperfectum.

19 motus²] *corr. ex motor.* 39 perfectibile] *perfectius ms.*

27 Aristoteles, Metaphys. XII (A, c.6, 1071b 23-24).

*Quaestio 28a.**Utrum corpori secundum quod corpus repugnet infinitum*

Quaeritur utrum corpori secundum quod corpus repugnet infinitum.

Videtur quod non:

1. Ratio corporis constituitur ex intersectione trium linearum ad angulos rectos, et illud potest esse si lineae procedant in infinitum.

2. Item, quod nullam quantitatem sibi determinat, nulli repugnat; infinitum corpus secundum quod corpus nullam quantitatem sibi determinat, igitur igni secundum quod ignis non repugnat infinitum: si sit finitus hoc non est secundum quod ignis, sed secundum quod continetur infra sphaeram lunae quae finita est.

3. Item, omni virtute finita contingit sumere virtutem maiorem; virtus maior est in corpore maiori, loquor de corporibus eiusdem speciei; ergo quolibet corpore accepto contingit accipere corpus maius, et sic sibi non repugnat.

Contra: omne corpus aut est rectum aut circulare, 4° Caeli et Mundi, voco corpus rectum quod movetur motu recto, corpus circulare quod movetur motu circulari. Corpus circulare non potest || esse infinitum, quia sic non compleret suum circulum. Nec potest esse corpus rectum infinitum, quia omne corpus rectum movetur ad aliquid extra se; sed extra infinitum nihil est.

Item, omne habens superficiem de necessitate est finitum, quoniam superficies ultimum <eius>, cuius est, et quod habet ultimum est finitum; et omne corpus habet superficiem, quia superficies est tertia dimensio. Omne corpus habet ternam dimensionem: tollas longum non erit corpus, profundum non, et similiter tollas tertiam dimensionem nec erit corpus, quae est superficies.

44 repugnet] repugnat ms. 54 sphaeram] speram ms. 71 erit] eius (?) ms.

60 Aristoteles, De caelo et mundo I (c.4, 270b 14-17; c.5, 271b 1 sqq.). - De hac materia non tractatur in libro 4° Caeli et mundi.

Quaestio 26b.

Et sic dico <ad primam quaestionem>: extra mundum non est aliquod ens. Mundus enim est quoddam totum compositum secundum ordinem ad aliquod unum principium ex omni ente corporali et incorporali, et sunt partes mundi ordinatae sicut ⁷⁵ partes animalis. Sicut enim omnes partes animalis sunt dependentes ex aliqua parte ex qua participant vitam et motum, sunt similiter ordinatae sicut intendunt aliquod unum, et hoc est bonum et salus animalis. Caliditas olfacti remittit superfluitatem cerebri et e converso. Sic mundus est ordinatus, quia partes eius ⁸⁰ sunt dependentes ab aliqua parte prima mundi quae est causa totius entis. Cum enim quaesitum fuerit Athenis quid esset deus, respondebat qui sapiens fuit, quod illud ens in quo ista duo coniuncta sunt: principium a quo omnia et finis in quem omnia ordinantur. Similiter ordinatae sunt partes ad aliquod unum, ut ⁸⁵ unum intendant, scilicet conservationem universi, quia non semper est generatio nec semper corruptio, nec semper convertitur elementum inferius in superius, sed e converso, ut patet in hieme et aestate.

Ad argumentum in contrarium dico quod nullo modo est intra ⁹⁰ mundum, est extra mundum, sed intelligentia est intra mundum, non sicut locatum in loco, sed sicut pars in suo toto, et non est localis per se nec per accidens. Ideo dico quod non est sic intra et dico quod nulla forma est in loco per accidens nisi sit illud quod natum est esse in loco per se, et intelligentia non est in ⁹⁵ aliquo quod natum est esse in loco per se. Ideo, licet actiones suae sint in loco, non est ipsa intelligentia in loco.

Quaestio 27b.

Ad secundam quaestionem dico quod in rebus simpliciter aeternis nulla potentia praecessit actum, quia aeterna sunt quicquid esse possunt. Et videtur quod potentia activa in aeternis ¹⁰⁰

88 hieme] hyeme *ms.* 90 quod] t *add. et exp.* 96 in] *corr.* 100 quod] *in add.*

82 Cf. Boethium de Dacia, De summo bono (ed. Grabmann p. 215,20 sq).

non possit actum praecedere: omne enim quod habet potentiam agendi absque suo actu, est imperfectum. Perfectior est statuaris secundum artem suam quando actu statuatur, quam quando habet potentiam statuendi et non statuatur. Nec hoc solum
 105 est verum in activis, sed in speculativis, ut patet in XI°. Deus non intelligit in potentia, quia tunc posset poni in actu perfectiori, et similiter aeterna debent poni in dispositione nobiliori. Sed hoc non est, ut sint moventes in potentia, sed in actu. Sic in aeternis non potest potentia activa praecedere actum. Et hoc
 110 est verum secundum Aristotelem et Commentatorem. Nec potentia passiva in aeternis potest praecedere actum, quia illa potentia passiva aut potest poni in actum aut non. Si non, tunc non est potentia. Si sic, aut ex se: si ex se, non esset maior ratio quare nunc quam prius. Nec ex alio motore potest poni
 115 in actum, quia aut ille motor esset generabilis aut aeternus. Non generabilis, quia generabilia nihil transmutant in aeternis, nec aeternus, quia aut esset ille motor aeternus intelligentia causata aut causa prima. Non causata, quia una intelligentia causata aliam intelligentiam non causat. Nec prima causa, quia
 120 immediata actio primae causae ex potentia passiva non est. Ex hiis videtur quod in rebus aeternis nulla potentia potest praecedere actum, nec potentia activa nec passiva. Non enim sunt illae res aeternae transmutabiles sicut homines.

1. Ad argumentum dico quod potentia universaliter in rebus
 125 generabilibus praecedit actum, non universaliter, quia non praecedit potentia ante actum in aeternis.

2. Ad aliud dico: quod actus primus potest esse sine secundo verum est in imperfectis: quod enim habet visum sine videre imperfectum est, sed non sic ante suam generationem. Et ubi
 130 cumque sic est reperiri imperfectionem, in aeternis non est imperfectum.

109 activa] *in marg.* 129 sic] sicut *ms.*

104 Aristoteles, *Metaphys.* XII (A,c.6, 1072a 4-32).

110 Aristoteles, *Metaphys.* XII (A,c.6, 1071b 22-1072a 10). - Averroes, *Metaphys.* XI (=XII), c.30-32 (*Opera*, Vol. VIII [Venet. 1574], fol. 314r-316r).

Quaestio 28b.

Ad tertiam quaestionem dico quod quidam dixerunt quod corpori secundum quod corpus non repugnat infinitum, quia corpori non repugnat additio in infinitum, ut igni in quantum ignis non repugnat additio ignis in infinitum. Et similiter corpore 135 omni dato contingit sumere corpus magis, ideo corpori secundum quod corpus non repugnat infinitum. Sed illud non valet. Verum credo quod dicant in hoc quod corpori non repugnat additio in infinitum, quia igni non repugnat additio alterius ignis quantus- cumque esset ille ignis. Tamen non erit corpus infinitum, quia 140 quodlibet acceptum est finitum et pertransitum, sicut et de numero. Licet enim quolibet numero dato contingit sumere maiorem, quilibet tamen acceptus finitus est. Ideo dicendum quod corpori secundum quod corpus repugnat infinitum. Haec est propositio per se 'corpus est finitum' quarto modo. Corpus 145 enim debet habere tres dimensiones, ut profundum, latum et longum. Si ergo corpus de nomine suo importat omnes dimensiones quarum una est superficies, et omne habens superficiem est finitum ad illam superficiem, si igitur haec est per se 'corpus habet superficiem', sic haec 'corpus est finitum'. Dico ergo quod 150 corpori secundum quod corpus repugnat infinitum.

1. Ad argumentum dico quod corpus non constitueretur, si lineae procederent in infinitum et ita minor falsa est, quia deficeret corpus tertia dimensio.

2. Ad aliud dico quod maior falsa. Quia corpus nullam quan- 155 titatem sibi determinat, est tamen finitum. Hic dicimus sibi determinare unam quantitatem quod sic sibi unam determinat quod alia sibi repugnat. Vel aliter: dato quod maior vera est quod nullam quantitatem neque finitam neque infinitam <sibi determinat>, sed minor falsa est, quia corpus ultimum habet. 160

3. Ad tertium dico quod quolibet corpore finito || dato con- f. 13ra tingit sumere corpus maius, sed non sequitur quod sit aliquod corpus infinitum, quia quodlibet acceptum est finitum.

*Quaestio 29a.**Utrum infinitum sit in potentia materiae*

Quaeritur utrum infinitum sit in potentia materiae.
Videtur quod sic:

Illud quod nullam quantitatem sibi determinat, ens tamen in potentia ad extensionem, est in potentia ad quantitatem infinitam; substantia materiae nullam quantitatem sibi determinat, ens tamen in potentia ad extensionem; ergo etc.

Item, illud quod ponit finem rebus et terminum, hoc est aliqua potentia activa et virtus; in substantia materiae nulla potentia activa et virtus invenitur; ergo etc.

Item, quod sibi non determinat causam, sibi non determinat effectum illius causae; substantia materiae nullam formam sibi determinat, quia nulli privationi repugnat, et forma est causa finitatis quae reperitur in entibus mundi; ergo materia est in potentia ad infinitum.

Contra:

1. Si materia esset in potentia ad infinitum, aut secundum quod separata est ab omni forma, aut secundum quod est sub aliqua forma actualiter; non primo modo, quia materia non potest esse separata ab omni forma, quia quod in materia corumpit aliquam speciem, generat contrariam speciem; nec secundo modo, quia forma et actus repugnat infinito, quia ipsa sit actus et terminus cuius est.

2. Item, Aristoteles 3^o huius: »quod aliquando est in potentia, aliquando potest inveniri in actu«; quod igitur actu poni non potest, ipsum possibile non est; infinitum non potest esse in actu, ut dicitur in littera; ergo etc.

*Quaestio 30a.**Utrum continuo secundum quod continuum repugnet infinitum*

Quaeritur utrum continuo secundum quod continuum repugnet infinitum.

26 dicitur] dicit *ms.* 27 repugnet] repugnat *ms.*

23 Aristoteles, Phys. III (c.6, 206a 14-15).

26 Aristoteles, Phys. III (c.6, 206b-20-27).

Videtur quod non:

1. Cui non repugnat additio in infinitum, ei non repugnat infinitum; continuo non repugnat additio in infinitum; ergo etc. 30

2. Item, quod non repugnat uni oppositorum, nec alteri: opposita enim nata sunt fieri circa idem; continuo non repugnat infinitum; ergo etc.

3. Item, primo huius: infinitum quantitati congruit; continuum quantitas est; ergo etc. 35

Contra: 2° Metaphysicae: quicumque imaginatur lineam, imaginatur eam stantem super duas decisiones; ergo lineae repugnat infinitum, cum eius imaginatio et intellectus est cum duobus punctis. 40

Item, in littera: sicut in discretis est terminus ad minus, sic in continuis terminus ad maius; sed non esset terminus ad maius, si sibi <non> repugnat infinitum.

Quaestio 29b.

Ad primam quaestionem dico quod aliqui dicunt quod materia non est in potentia ad infinitum, et ratio eorum fuit, quia materia 45 non est in potentia ut sit aliquando sine omni actu, et ens sub actu et forma infinitum esse non potest, cum forma et actus sunt ultimum illius cuius sunt actus et forma. Sed illud non videtur concludere, quia si materia non possit esse sine aliqua forma, et forma est causa finitatis, tunc bene ostenditur quod materia non 50 potest esse in potentia ad infinitum, hoc est ratione formae, et non contingit hoc quod hoc est propter naturam materiae, quoniam ipsa bene possit in infinitum. Nos quaerimus de natura materiae utrum sit in potentia ad infinitum, et dico quod sic. Materia est in potentia receptiva passiva ad quantitatem infinitam, 55 quantum de <se> est, sicut tetigit una ratio. Materia enim, quantum de se est, non determinat sibi aliquam formam, et ideo nec aliqua eorum quae consequuntur ad formam, ut fini-

37 imaginatur] ymaginatur *ms.* 39 cum] cuius *ms.* imaginatio] ymaginatio *ms.*

37 Aristoteles, Metaphys. II (a, c.2, 994b 23-25).

41 Aristoteles, Phys. III (c.7, 207b 1-5).

tatem et infinitatem. Est enim in potentia ad extensionem.
 60 nec habet in se per quod finitatem vel infinitatem sibi determinet.
 Nec valet quod quidam dicunt quod si materia esset talis quod
 sibi correspondeat aliqua potentia activa quae possit hanc po-
 tentiam passivam transferre ad actum suum. Dico quod non
 oportet quod cum lignum est in potentia passiva ad lectulum,
 65 et si non esset motor qui hanc potentiam reduceret ad actum,
 non minus esset ista potentia passiva in ligno. Et si dicat Com-
 mentator XI° quod »omnes formae quae sunt in materia prima
 in potentia, sunt actu in motore primo«, verum est ad quas
 movet motor primus, et si aliter intendat, falsum intendit.
 70 Ad aliud dico quod terminus est in continuis ad maius.

1. Ad argumentum dico, licet materia non posset extendi in
 infinitum sine forma, hoc est per accidens, quia per formam
 prohibetur ne vadat in infinitum. Et si dicatur tunc quod poten-
 tia ista frustra est, dico quod quantum de se est ista potentia,
 75 potest reduci ad actum.

2. Ad aliud dico quod potentia existens sufficienter potest
 reduci ad actum; sed potentia talis non est in materia, quia non
 est virtus in mundo quae posset istam potentiam ad infinitum
 reducere in actum. Et ita quod est in potentia sufficienter, ali-
 80 quando potest reduci ad actum. Sed materia non est in potentia
 sufficienter.

Quaestio 30b.

Ad aliam quaestionem dico quod continuo secundum quod
 continuum repugnat infinitum, quia omni corpori repugnat in-
 finitum, et omne continuum in corpore est, sive sit superficies,
 85 sive linea. Ad argumentum dico quod hoc est ex parte imagi-
 nationis, non ex parte lineae. Similiter ad aliud dico quod non
 concludit.

62 correspondeat] correspondet *ms.* 68 actu] ut *ms.* 85 imaginationis]
 ymaginationis *ms.* 86 quod] quoddam (?) *ms.*

67 Averroes, *Metaphys.* XI (=XII), c.18 (Opera, Vol. VIII [Venet. 1574],
 fol. 305v).

1. Ad argumentum in oppositum dico quod licet corpori possit fieri additio in infinitum, tamen quia quaelibet additio non *<sit infinita>*, non sequitur quod sit corpus infinitum. 90

2. Ad aliud dico quod continuum determinat sibi unum contrarium ut finitum, unde maior falsa est circa ea quae sibi determinant unum contrarium.

3. Ad aliud dico quod infinitum sicut habet esse, sic congruit quantitati. Et infinitum solum habet esse in potentia, et in po- 95
tentia quae numquam poni potest in actum perfectum et purum.

Quaestio 31.

Utrum in discretis sit infinitum in actu

Quaeritur utrum in discretis sit infinitum in actu.

Videtur quod sic:

1. Si generatio est aeterna, tunc homines infiniti corrupti sunt et intellectus manet; ergo videtur quod sit infinitus numerus in actu. 5

2. Item, *<infinitis>* partibus respondet numerus infinitus; in continuo sunt partes infinitae quae possunt accipi per divisionem; ergo est infinitus numerus in actu. Si dicas quod istae partes sunt in potentia et non in actu, contra: partes quae sequuntur totum sunt in actu in eo; sed partes continui sequuntur 10
continuum; ergo etc.

Contra: non quodlibet quod ex continuo divisibile est, constituit numerum, sed solum illud quod per divisionem est acceptum; quod autem per divisionem est acceptum, necessario est finitum; ergo etc. Maior patet, quia pars alteri continuata non 15
facit numerum.

Ad istam quaestionem dico quod non est numerus infinitus. Si enim dicas quod numerus est actio animae, non in se sed in numerabilibus, ista numerabilia aut sunt entia secundum animam, aut extra animam. Partes mundi, si sint entia apud 20
<animam>, finita sunt, quia omnia entia secundum animam finita sunt. Si extra animam, sunt finita: in toto enim finito non sunt partes infinitae in actu, et mundus finitus est, ideo entia quae sunt partes mundi sunt finita. Si tu dicas quod

²⁵ numerus sit actio animae sine extra animam, <dico> cum numerus non possit esse sine numerabilibus, et numerabilia sunt finita, ideo et numerus est finitus.

1. Ad argumentum dico quod Commentator concedit 3° De Anima quod generatio aeterna est et infiniti homines corrupti
³⁰ sunt, et tamen non est numerus infinitus. Dicit enim animam rationalem separari ab hoc corpore, sed non a corpore simpliciter. Sustinentes contrarium dicunt quod generatio non est aeterna. Scio quod philosophus non potest ponere primum hominem, ponit enim || generationem aeternam esse. Omnis ope-
^{t. 13rb} ratio naturae generatio est, et primus homo non potest esse generatus. Et ideo naturalis non potest ponere primum hominem.

2. Ad aliud dico quod infinitis partibus in actu correspondet infinitus numerus, sed non partibus in potentia. Ad probationem dico quod infinitae partes continui non sequuntur ad ipsum
⁴⁰ totum, quia solum partes aliquotae sequuntur ad continuum.

Quaestio 32.

Utrum numerus possit esse infinitus

Quaeritur utrum numerus possit esse infinitus.
 <Videtur quod sic>:

1. Si non posset infinitus esse, tunc quolibet numero dato non contingeret sumere numerum maiorem, quod falsum est.
- ⁵ 2. Item, si aliquod praedicatum est repugnans alicui subiecto, in illo subiecto oportet reperiri aliquam causam ipsius repugnantiae; in numero non potest inveniri causa quare infinitum sibi repugnat; ergo etc.

Contra: si numerus potest esse infinitus, tunc continuum
¹⁰ potest esse divisum in infinitum in actu: quod enim additur discretis, hoc segregatur a continuis; sed continuum non potest

34 enim] tamen *ms.*

28 Averroes, De anima III, c.5 (ed. Crawford, pp. 387-413, n. 230-595).

33-36 Cf. Boethium de Dacia, De aeternitate mundi (ed. Sajó) 375-378; Quaestiones de generatione et corruptione, Lib. I, Qu. 2 (ed. Sajó) p. 9: 106-110.

actu esse divisum in infinitum, quia non in puncta, quia tunc componeretur ex punctis; nec in imaginationes, quia tunc possibile esset aliquid esse maius quam infinitum, quod est impossibile, quia nihil excedit infinitum. 15

Item, ille effectus est impossibilis qui non habet possibilitatem in aliqua suarum causarum; numerus infinitus non habet possibilitatem in aliqua suarum causarum, quia non est in numerabilibus, quia numerabilia, sive sint in anima, sive extra, sunt finita; numerabilia enim, sive sint entia in anima, sive extra, 20 semper sunt finita. Nec habet possibilitatem in causa agente: nam omne quod agitur ab aliquo agente, finitum est.

Ad istam quaestionem dico quod numerus non potest esse infinitus, quia non invenis numerabilia nisi entia secundum animam vel extra, et utraque entia finita sunt, et omnis effectus finitus est, et ita numerus non potest esse infinitus. Ex hoc apparet quod nec continuum potest esse infinitum. 25

1. Ad argumentum in contrarium dico quod maior falsa est, quia quolibet numero dato potest accipi numerus maior, et tamen non sequitur quod numerus sit infinitus, quia quolibet numerus 30 est finitus acceptus.

2. Ad aliud dico quod maior vera est quod contingit reperire causam repugnantiae vel in subiecto vel in causis subiecti. Unde, licet in numero non possit reperiri causa repugnantiae, in causis tamen numerorum potest reperiri causa repugnantiae, quia nec 35 numerabilia possunt esse infinita, nec aliquis effectus potest esse infinitus: in virtute enim nullius agentis est producere effectum infinitum nec extensive nec intensive nec in duratione, ut supra dictum est.

Quaestio 33.

Utrum idem sit locus totius et partis

Aristoteles dicit in littera quod idem est locus totius et partis. Videtur quod non sic:

13 imaginationes] ymaginationes *ms.* 31 acceptus] dico *add.* 35 numerorum] numerabilium (?) *ms.* 36 infinita] finita *ms.*

1 Aristoteles, Phys. III (c.5, 205b 20-21).

1. Esset tunc locus unius partis terrae extra centrum; sed locus terrae extendentis extra centrum est violentus; ergo locus
5 totius terrae est violentus.

2. Item, locus est aequalis locato; si igitur esset idem locus totius et partis, tunc locus partis esset aequalis loco totius; sed quorum loca sunt aequalia, ipsa sunt aequalia; si igitur loca totius et partis sunt aequalia, et ipsa sunt aequalia.

10 Contrarium in littera.

Item, motus naturalis est ad locum naturalem; quibus ergo unus est motus naturalis, et unus locus naturalis; totius et partis est unus motus naturalis: sicut enim tota terra ad deorsum movetur, sic et pars; ergo etc.

15 Item, corporum eiusdem speciei est idem locus in specie; totum et pars sunt eiusdem speciei, ergo habent eundem locum naturalem.

Ad istam quaestionem dico quod sicut corpus per naturam suam quantitativam determinat sibi naturam quantitativam loci, et
20 quia non est eadem quantitas totius et partis, ideo non est idem locus totius et partis quantitative, sic corpus per suam formam determinat naturam qualitativam loci. Quod enim gravia ex sursum mundi moventur, hoc non est propter naturam quantitativam loci, quia ubicumque sunt gravia, habent quantitatem
25 loci aequalem suis dimensionibus, sed quod gravia ex sursum mundi moventur, hoc est propter naturam qualitativam loci quae ubi gravi est contraria. Ex qualitate enim loci generantur et conservantur corpora, ut ignis magis conservatur in loco suo naturali quam quando est extra, quia tangitur a corporibus vio-
30 lenter habentibus qualitates contrarias et corruptivas, et illud non contingit corpori in loco suo naturali. Sicut est de corpore simplici, sic est de corpore mixto. Magis enim conservatur animal in loco suo naturali quam alibi, et etiam planta. In diversis locis diutius vivunt et minus, secundum quod loca sibi sunt con-
35 venientiora. Si ergo corpora per suas formas determinant sibi naturas qualitativas loci, et eadem est forma totius et partis,

sequitur quod idem est locus totius et partis qualitative. Ex hoc sequitur quod magnitudines mathematicae determinant sibi loca quantum ad naturam quantitativam loci et non quantum ad naturam qualitativam loci, quia non habent formas naturales ⁴⁰ et non generantur mathematica. Et ex hoc sequitur quod substantia separata nullam attributionem ad locum habet, quia nullam magnitudinem habet, ideo non habet locum quantum ad naturam quantitativam loci, et quia non generatur nec conservatur per potentias qualitativas loci, ideo non habet locum quantum ad ⁴⁵ naturam qualitativam loci, nec per accidens est in loco, quia nulli substantiae cui debetur locus attribuitur. Dicendum est ergo quod idem est locus totius et partis qualitative, non quantitative.

1. Ad argumentum dico quod non sequitur quod locus terrae sit violentus. 50
2. Ad aliud dico quod si idem esset locus totius et partis quantitative, tunc totum et pars essent aequales, et non est ita.

Quaestio 34.

Posito corpore infinito, ut igne vel aliquo alio, quod posito corpore in ipso, utrum in ipso quiesceret

Quaeritur, posito corpore infinito, ut igne vel aliquo alio, quod posito corpore in ipso, utrum in ipso quiesceret.

Videtur quod sic:

Necesse est corpus quiescere quod extra ubi, ubi est, non habet ubi maioris convenientiae sibi in natura; sed si terra ponatur in ⁵ aere infinito, non habet aliquod ubi maioris convenientiae quam illud ubi, ubi est; ergo etc.

Item, corpus quiescit necessario quod non habet in se aliquid quod determinet ipsum ad aliud quam ubi est; sed terra posita in infinito est huiusmodi. 10

Item, sicut voluntas non movet nisi propter illud quo caret, quod tamen sibi est possibile, propter habitum <enim> non movet

⁴¹ non generantur] tangunt (?) ms.

⁴ ubi¹] est add. et exp. ¹¹ nisi] s. l.

voluntas nec propter impossibilia, sic nec natura non movet nisi propter illud quo caret quod tamen sibi est possibile; sed in toto
 15 aere infinito non est aliqua natura loci qua caret ipsa terra intro-
 missa in ipso aere; ergo quiescet.

Item, quod aequaliter se habet ad omnem partem aeris in-
 finiti, ad omnem movetur aut ad nullam; sed terra posita in
 1. 13^{va} toto aere || infinito aequaliter se habet ad omnem partem; cum
 20 igitur terra non posset moveri ad omnem partem, ergo quiescet.

Item, non movetur quod non habet motorem; terra posita in
 infinito non habet motorem, ergo etc., quia non habet motorem
 extrinsecum <***> nec intrinsecum qui est natura ipsius, quia
 25 natura corporis non movet corpus localiter nisi ad locum dif-
 ferentem in specie ab eo loco in quo est; sed in toto aere infinito
 non est locus in specie differens a loco illo in quo est illa terra;
 ergo etc.

Contrarium:

1. in littera. Si sit corpus infinitum, quodcumque ponatur in
 30 ipsum, non movetur nec quiescet.

2. Item, si terra posita in aere infinito quiescit, aut violenter
 aut naturaliter. Non violenter: »ubicumque quiescit violenter, ex
 illo movetur naturaliter«, Caeli et Mundi, et corpus grave posi-
 tum in corpore infinito non movetur naturaliter. Item, si quies-
 35 ceret ibi violenter, ipsum impediret aliquid; sed ipsum ibi nihil
 impedit. Non quiescit naturaliter, quia tunc ad illum <locum> mo-
 vetur naturaliter; sed ad nullam partem infiniti movetur corpus
 naturaliter. Corpus enim non movetur naturaliter ad aliquem lo-
 cum nisi sit differens ab illo loco in quo est secundum speciem, et
 40 in infinito non est talis locus differens in specie, et sic nec quies-
 cit, nec movetur, nec mutatur.

Et illud non potest poni cum ipsum sit mobile. In omni enim
 parte vel movetur huiusmodi corpus mobile vel quiescit. Si mo-
 vetur, motorem non habet, et sic motus sine motore, quia nec
 45 motor extrinsecus, ut iam visum est, nec intrinsecus, quia mo-
 tor intrinsecus et natura non movet corpus nisi ad locum dif-

29 Aristoteles, Phys. III (c.5, 205a 12-19).

32 Aristoteles, De caelo et mundo III (c.2, 300a 27-29).

ferentem a loco in quo est. Pono igitur quod quiescat. Tunc aut naturaliter <aut violenter; non autem naturaliter>, quia tunc si esset alibi, tunc ad illum locum moveretur, quod falsum est. Nec violenter, quia tunc ab eo movetur naturaliter, quod falsum est ⁵⁰ similiter. Quomodo ergo se habebit? Dico ergo ad hoc quod terra posita in aliqua parte corporis infiniti, ibi stat et quiescit. Ex illo ubi non movetur ex se, quia non movetur ex se ad aliquod ubi nisi sit differens secundum speciem, et sic cum sit ibi per tempus, ibi quiescet. Intelligendum est tamen quod est quaedam ⁵⁵ quies contra naturam, ut violenta, et talis quies non est. Alia est quies naturalis, ut ignis quies in sphaera lunae, et talis quies non est in illis, sed est ibi quies quae quies dicitur quies praeter naturam. Unde nec est ibi quies secundum naturam, nec contra naturam, ut si esset cubus mathematicus ab omnibus passioni- ⁶⁰ bus naturalibus denudatus, ubicumque poneretur in infinito, ibi staret. Et hoc non esset per naturam, quia nullam naturam habet.

1. Ad argumentum in contrarium dico quod Aristoteles intelligit quod huiusmodi corpus positum in infinito non quiescit ⁶⁵ naturaliter nec movetur.

2. Ad aliud dico quod argumentum probat quod non quiescit naturaliter nec violenter, et hoc concedo.

Quaestio 35.

Utrum continuum aliquod possit esse infinitum secundum divisionem

Quaeritur utrum continuum aliquod possit esse infinitum secundum divisionem.

Videtur quod non:

1. In quae res divitur, ex illis componitur; si igitur continuum possit esse infinitum secundum divisionem, haberet partes quantitativas infinitas in actu, quod est impossibile.

2. Item, quod est possibile, aliquando potest esse in actu; si

⁵⁷ sphaera] spera *ms.*

⁷ est] cum (?) *ms.*

igitur continuum possit esse infinitum secundum divisionem,
tunc aliquando in actu possit esse divisum infinitum, quod fal-
10 sum est, quia nec in lineas nec in puncta.

Contrarium in littera.

Item, quodlibet punctum in linea signabile potest esse signum
divisionis, et in illa potest linea dividi; sed infinita sunt puncta;
ergo etc.

15 Item, continuum est divisibile, aut igitur stat divisio aut non.
Si stat, aut ad puncta aut ad magnitudines. Si ad puncta, ergo
compositio continui incipit a punctis: consequentia patet, quia
terminus divisionis est principium compositionis. Nec ad magni-
tudines, cum magnitudo divisibilis sit, et divisibile non terminat
20 indivisibile. Et si non stat divisio, habetur propositum.

Ad istam quaestionem dico quod continuum potest esse in-
finitum secundum divisionem. Et intelligendum quod omnis di-
visio continui est in partes quantitativas quarum quantitas est
pars quantitatis totius. Dico quod continuum potest dividi in
25 partes quantitativas in infinitum quae partes sunt eiusdem pro-
portionis et non eiusdem quantitatis, ut apparet si dividitur
linea in duas medietates, et una medietas in alias medietates,
et sic in infinitum. Vides quod semper eadem est proportio, non
tamen eadem quantitas, quia semper posterior quantitas minor
30 est priori, et non potest procedere divisio continui in infinitum
secundum partes quantitativas, quia tandem contingeret to-
tum consumi, quia non habet partes quantitatis eiusdem infi-
nitas. Dico ergo quod continuum est infinitum secundum partes
eiusdem proportionis.

35 1. Ad argumentum dico quod continuum non componitur ex
infinite partibus eiusdem quantitatis, componitur tamen ex in-
finite partibus eiusdem proportionis quantitatis.

2. Ad aliud dico quod sicut est possibile, sic potest esse in
actu. Similiter aliter possum distinguere: quod est possibile ali-

17 patet] paret *ms.* 27 linea] in divisibilis *add. et exp.*

11 Aristoteles, Phys. III (c.7, 207b 16-17).

quando, potest esse in actu perfecto vel in actu imperfecto, et sic secundo modo continuum potest esse infinitum, quia talis potentia potest poni in actum imperfectum. Et hoc dicit Aristoteles in littera. Unde breviter: quod est possibile potest poni in actum, verum est, vel perfectum vel imperfectum.

Quaestio 36.

Utrum totum et perfectum sint idem

Quaeritur utrum totum et perfectum sint idem. Videtur quod non:

1. Illud quod est perfectissimum in universitate entium est simplex; simplex non potest esse totum; ergo perfectum et totum non sunt idem. 5

2. Item, perfectum est illud cui nihil deficit de hiis quae sibi debentur secundum suam speciem, ut homo perfectus est cui nihil deficit de hiis quae sibi debentur secundum quod est homo; sed tale potest esse res simplex, simplex autem non est totum; ergo totum et perfectum non sunt idem. 10

3. Item, in omni toto est partium distinctio; sed rem perfectam non oportet habere partium distinctionem, quia perfectum et simplex se compatiuntur, et simplex et partium distinctio repugnat; ergo etc.

Contrarium in littera: »aut sunt idem aut proxima secundum naturam«. Item, || ista sunt idem quorum unum non potest esse sine alio nec e converso; sed nihil potest dici totum nisi sit perfectum, quia non est perfecta domus nisi sit tota. 15 f. 13vb

Ad istam quaestionem dico quod in omni ente cui debetur totalitas et perfectio, totum et perfectum sunt idem. Quomodo potest dici quod aliqua res sit tota nisi habeat suum ultimum complementum? quia si ultimum complementum deficit, non

7 debentur] debetur *ms.* 8 debentur] debetur *ms.*

42 Aristoteles, Phys. III (c.7, 207b 17-18).

15 Aristoteles, Phys. III (c.6, 207a 13-14).

est totum, et perfectio rei consistit in ultimo complemento. Sed loquendo abstracte de perfecto et toto, non sunt idem.

25 Per hoc apparet solutio ad utramque partem.

Quaestio 37.

Utrum infinitum sit perfectum

Quaeritur utrum infinitum sit perfectum.
Videtur quod sic:

Cui impossibilis est additio, illud est perfectum in illo genere entis; infinito impossibilis est additio, cum infinitum omnia in
5 se comprehendit.

Item, illud quod habet omne illud quod sibi debetur secundum suam speciem, perfectum est; infinitum est huiusmodi.

Contra:

1. Aristoteles: infinito repugnat perfectio.

10 2. Item, quod caret fine, hoc est imperfectum; et infinitum secundum quod infinitum caret fine; ergo etc.

Ad istam quaestionem dico quod qui ponit infinitum, ponit ipsum perfectum. Ex diffinitione perfecti patet hoc, quia perfectum est quod in se comprehendit omnia quae sibi debentur,
15 et qui ponit infinitum, ponit infinitum comprehendere omnia quae sibi debentur secundum quod est infinitum. Si enim extra infinitum esset aliquid quod sibi debetur, non esset infinitum.

1. Ad argumentum dico quod infinito secundum quod infinito repugnat perfectum, quia non est infinitum nisi in potentia, et
20 quod est in potentia tali nec potest poni in actum, ideo debet infinitum poni imperfectum.

2. Ad aliud dico quod aliquod est ens quod natum est finem et terminum habere, et tale si caret fine et termino, est imperfectum. Quamdiu planta non habet perfectam quantitatem, ipsa
25 perfecta non est. Si autem sit aliquid quod natum est finem et terminum non habere, si careat termino et fine, non oportet quod sit imperfectum.

18 infinito²] secundum quod infinitum *add.*

9 Aristoteles, Phys. III (c.6, 207a 14).

LIBER QUARTUS

SIMILITER AUTEM NECESSE EST ET DE LOCO

*Quaestio 1a.**Utrum locus sit*

Quaeritur utrum locus sit.
Videtur quod non:

1. Libro Caeli et mundi: »Mundus est unus sicut animal est unum«, sed omnes partes animalis continuæ sunt, ergo et mundi; 5 cum igitur locans non sit continuum locato, sic mundus totus non est in loco: quod enim est in loco per se, sibi est aliquid extra; sed nihil est extra mundum.

2. Item, pars mundi non est in loco per se: partes totius sunt in loco per accidens, ut dicit Aristoteles, et si partes nullæ sunt 10 in loco per se, ergo nihil.

Contra: illud est secundum quod transferuntur corpora naturalia; sed corpora naturalia transferuntur secundum locum; ergo etc.

Item, cui est aliquid continens illud, hoc est in loco per se; 15 multa corpora naturalia sunt huiusmodi.

*Quaestio 2a.**Utrum locus sit necessarius in universo*

Quaeritur utrum locus sit necessarius in universo.

Videtur quod non:

1. Fine <libri primi> Caeli et Mundi: quicquid est in universo, vel est propter generationem entium vel propter conservationem 20 eorundem; locus non est necessarius primo modo, quia agens

6 sic] Item *ms.* 16 multa] nulla (?) *ms.*

1 Aristoteles, Phys. IV (c.1, 208a 27).

4 Averroes, De caelo et mundo II, c.42 (Opera, Vol. V [Venet. 1574], fol.125v).

10 Aristoteles, Phys. IV (c.5, 212b 8-13).

19 Aristoteles, De caelo et mundo I (c.12, 283b 19-22).

universale et particulare sufficiunt ad generationem; nec secundo modo, quia principia rei, scilicet materia et forma, sufficiunt ad conservationem ipsius rei.

- 25 2. Item, si locus esset necessarius, aut hoc esset propter corpus locans, aut propter corpus locatum; non primo modo, quia non minus esset corpus in sua specie, si aliud non locaret; nec secundo modo, nam magis est contra naturam corporis locati esse in loco violento quam penitus non esse in loco, quia in loco
30 violento sunt qualitates contrariae sive corruptivae, in loco autem nullo non sunt aliqua quae sunt contrariae dispositiones nec qualitates corruptivae.

Contra: illud est necessarium in universo sine quo non potest esse ordo universi nec integritas eius; sed sine loco non potest
35 esse ordo nec integritas eius, quia si essent omnia corpora mundi et unum non locaret, nec esset aliquod corpus ea continens, non esset ordo mundi, quod falsum est.

Quaestio 3a.

Utrum locus sit materia rei

Quaeritur utrum locus sit materia rei.

Videtur quod sic:

- 40 1. Esse in potentia receptiva convenit materiae; sed hoc convenit loco; ergo materia est locus.
2. Item, quod est in potentia ad omnem dimensionem et nullam sibi determinat, hoc est materia: quod enim recipit omnem dimensionem materia est, et quod ipsam determinat forma, ergo
45 etc.; sed locus est huiusmodi, ergo etc. <* * *>.

Contrarium in littera: locus enim non est pars rei et est separabilis a re, et materia non est huiusmodi.

Item, si locus esset materia rei, cum corpus diversificatur secundum locum, diversificaretur secundum materiam, et con-

45 etc.] *Hic desideratur probatio minoris, ad quam infra (139-143) respondetur.* 49 diversificaretur] diversificatur *ms.*

46 Aristoteles, Phys. IV (c.2, 209b 22-24; c.4, 211b 36-212a 2).

tingeret quod corpus movens unum numero non posset movere 50
secundum locum, quod est inconveniens.

Item, corpus ubicumque est habet suam propriam naturam;
si igitur locus esset materia rei, ubicumque contingeret corpus,
haberet suum proprium locum, nec moveretur ad alium locum,
quia nihil movetur ad illud quod habet. 55

Item, materia considerata in sua substantia invenitur sine
omni parte et indivisibilis; sed locus habet partes ex quo quan-
titas est.

Quaestio 4a.

Utrum locus sit forma

Quaeritur utrum locus sit forma.

Videtur quod sic: 60

1. 4° Caeli et Mundi: quantum unumquodque acquirit de loco,
tantum acquirit de forma; sed hoc non esset nisi forma esset
locus.

2. Item, locus conservat ipsum locatum et continet ipsum, et
hoc est proprium formae; ergo etc. 65

Contra: si sic, tunc impossibile esset aliquod corpus movens
secundum suam formam mutari secundum locum; ergo etc.

Item, cum corpus movetur, movetur eius forma per accidens,
partes moventur per accidens cum movetur totum per se; sed
locus est immobilis. 70

Item, si sic, omnia corpora quae essent unius loci naturalis,
essent unius formae sive speciei; cum igitur omnia mixta sunt
unius loci naturalis propter virtutem terrae et aquae, ergo etc.

Item, locus non est pars rei et est separabilis a re; sed forma
non, ergo etc. 75

Quaestio 1b.

Ad primam quaestionem dico quod locus est. Si enim locus
non esset, ordo mundi non esset, etiam nec esset mundus, quia

62 esset¹] nihil add. et exp. 75 ergo etc.] Item locus non est pars rei add.
et exp.

61 Aristoteles, De caelo et mundo IV (c.3, 310a 33-b 1).

si non essent corpora mundi, mundus non esset, nec eius ordo: compositum enim est ex mobilibus et immobilibus. Item, si essent omnia corpora mundi, sed inter se non haberent ordinem, ut totum contineret elementa, elementa se mutuo continerent et generarentur et corrumperentur et ordinantur ad primum principium, <***> et ideo ordo universi consistit in proportionem locati ad locans et agentis ad patiens et formae ad materiam et moventis ad mobile, sicut Commentator XI° Metaphysicae. Loc. 14^{ra} ergo est. ||

1. Ad argumentum dico quod mundus est unus sicut animal est unum. Sicut omnes partes animalis ordinantur ad aliquam primam partem, ut ad cor a quo omnes eius virtutes vigorantur, sic omnes partes mundi ordinantur ad unam partem, ut omnia inferiora ad unum corpus primum, ut ad caelum — »inde enim virtutes eorum gubernantur«, l. bro Meteororum — et omnes motores ad unum motorem ingenitum. Sed non sequitur propter hoc quod omnes partes mundi sint continuæ mediate, fallacia consequentis a partiali similitudine ad omnimodam similitudinem. Similiter minor falsa est: caro enim et os animalis non sunt continuæ, immo contiguæ.

2. Ad aliud dico quod totus mundus non est in loco, sed partes eius sunt in loco per se, nec sunt in loco per accidens. Et dico quod pars alicuius continui non est in loco per accidens. Et sunt in loco in potentia, ut patet de igne. Partes alicuius non continui possunt esse in loco per se, cuiusmodi est mundus.

Quaestio 2b.

Ad aliam quaestionem dico quod locus necessarius est, quia si mundus est, necesse est locum esse, quia si unum corpus non esset locans alterum, mundus non esset. Et si non esset aliquod corpus, non esset mundus. Et si totum caelum et corpora inferiora es-

89 vigorantur] *lectio dubia.* 94-95 fallacia consequentis] .f.9. ms.

85 Averroes, Metaphys. XI (= XII), c.44 (Opera, Vol. VIII [Venet. 1574], fol. 327).

92 Aristoteles, Meteor. I (c.2, 339a 22-23).

sent unum corpus continuum non esset mundus. Est etiam necessarius propter generationem entium. Non enim fit generatio in nostro habitabili nisi quando qualitates quae sunt in corporibus locantibus diversificantur. Similiter propter conservationem 110 generatorum. Transplantata enim ad loca convenientiora suae naturae inveniuntur longioris durationis. Similiter in animalibus, si habeant nutrimentum corruptivum ipsa, parvae durationis. Similiter in loco, si locus fuerit conveniens locato in qualitate, ipsum locatum erit longae durationis et ipsum conservat locus. 115

1. Ad argumentum dico quod maior vera est, sed minor falsa est, ut patet ex praedictis. Est enim locus necessarius propter generationem entium et similiter propter eorum conservationem. Et dico quod agens universale nihil potest facere ad generationem entium nisi esset locus, quia si inter caelum et hoc corpus quod 120 debet generari non esset locus, esset vacuum quod non potest esse medium in aliqua actione, quia vacuum non potest alterari.

2. Ad aliud dico quod locus necessarius est propter corpus locatum et ordinem universi, et non propter corpus locans, et est necessarium propter ordinem universi. 125

Quaestio 3b.

Ad tertiam quaestionem dico quod materia rei non est locus rei. Sicut enim corpus unum in numero habere aliam et aliam materiam est impossibile, sic unum corpus in numero habere alium et alium locum est impossibile. Si locus esset materia, et similiter ubicumque est corpus, habet suam materiam propriam, 130 similiter ubicumque esset corpus, haberet suum locum proprium, et sic nullum corpus moveretur ad suum locum proprium. Nihil enim movetur ad illud quod habet.

1. Ad argumentum dico quod esse illud quod est in potentia receptiva hoc modo sicut receptio convenit materiae, hoc ma- 135 teria est; sed potentia receptiva contingere loco est contingere, sicut vasus est potentia receptiva eius quod non est in eo.

109 habitabili] hili *ms.* 111 transplantata] transplanta *ms.* 113 ipsa] ipsum *ms.* 126 materia] motus *ms.*

2. Ad aliud dico quod locus non est in potentia ad omnem dimensionem. Ad probationem, cum dicitur augmentato corpore
 140 augetur et locus et stante corpore stat et locus, respondet Aristoteles in littera quod quando corpus augetur, est in alio loco, et non augetur locus, et sic locus non est in potentia ad omnem dimensionem.

Quaestio 4b.

Ad aliam quaestionem dico quod locus non est forma rei, quia
 145 sic nullum corpus moveretur ad suum locum proprium, et similiter omnia corpora quae sunt unius loci, essent unius formae, et similiter quod per se formam habet, per se locum haberet, et sic primum corpus mundi esset in loco, quod falsum est.

1. Ad argumentum dico quod maior vera est quod quanto
 150 unumquodque acquirit etc., non propter hoc quod locus sit forma, sed hoc est quia sicut generans tribuit formam, sic tribuit omnia alia quae ipsam consequuntur, ut actionem et motum et ordinem in universo.

2. Ad aliud dico quod locus continet locatum sicut continens
 155 extrinsecum et separatum, et non sicut pars rei. Sic continere non est proprium formae, quia continet sicut pars rei et continens est intrinsecum, et ita est equivocatio.

Quaestio 5.

Utrum locus sit dimensio separata

Quaeritur utrum locus sit dimensio separata.
 Videtur quod sic:

1. Latera corporis continentis distant, nec est aliquid per quod distare possent nisi dimensiones separatae, sicut si quis
 5 intelligat latera ollae distare circumscripto quolibet corpore intermittente.

4 nisi] s.l.

2. Item, locus debet esse aequalis locato secundum omnem dimensionem locati; locus profundum non habet nisi illud profundum sit aliqua dimensio separata; ergo etc.

3. Item, locus conservare habet locatum; ultimum continentis 10 non servat contentum, immo magis est corruptivum, quia ei contrariatur, quia est contrariae qualitatis respectu corporis locati, quare etc.

4. Item, corporis unius et continui debet esse locus unus et continuus; sed hoc non potest esse nisi dimensio separata sit 15 locus, ut si aliquod corpus ponitur in media parte in aqua, in secunda in aere, iste locus non est continuus.

5. Item, si ultimum corporis continentis sit locus, sequitur quod corpus aequaliter semper se habens ad omnem partem caeli motum sit secundum locum; sed hoc est impossibile. Pro- 20 batio: accipiatur statua stans in aere, nec approximet nec elongetur ad omnem partem caeli, pellatur aer qui prius hoc corpus locavit, ergo mutatum est secundum locum et remanet in eadem distantia ad terminos mundi; hoc est impossibile; ergo etc.

6. Item, locus est in mobili; sed nec locans nec ultimum locati 25 est in mobili; ergo etc.

Contrarium in littera: quod dimensio separata non est locus.

Item, corpus movetur ad suum locum naturalem; sed in nulla parte mundi est magis dimensio separata quam in alia; ergo etc.

Item, corpus naturale non movetur nisi ad locum specie dif- 30 ferentem a loco illo in quo erat prius; una pars dimensionis separata non . . .

24 hoc est impossibile] *in marg.* 32 *Reliqua desunt.*

27 Aristoteles, Phys. IV (c.7, 214a 18-19).

INDEX QUAESTIONUM BOETHII DACI

Super libros Physicorum

Paginae indicantur

LIBER PRIMUS

1. Utrum sit aliqua scientia necessaria praeter philosophicas disciplinas	139
2. Utrum omnis quaestio quae per rationem disputari potest pertineat ad philosophum.....	140
3. Utrum naturalis possit quemlibet effectum reducere in primum principium simpliciter.....	140
4. Utrum de rebus naturalibus possit esse scientia.....	143
5. Utrum de omnibus rebus naturalibus possit esse una scientia.....	143
6. Utrum natura sit subiectum scientiae naturalis.....	144
7. Utrum corpus mobile sit subiectum scientiae naturalis.....	145
8. Utrum corpus mobile sit subiectum libri Physicorum.....	148
9. Utrum universale prius sit particulari.....	149
10. Utrum universale sit notius particulari.....	149
11. Utrum diffinitum sit notius diffinitione.....	150
12. Utrum aliquis artifex possit probare sua principia si sibi negantur..	152
13. Utrum dialecticus possit probare principia vel non, scilicet naturalia, si sibi negantur.....	153
14. Utrum metaphysica possit probare principia scientiae specialis, si negantur.....	154
15. Utrum physicus et metaphysicus possint considerare rem eandem..	157
16. Utrum substantiae de se conveniat partibilitas vel infinitas.....	159
17. Utrum infinitum sit incognitum.....	162
18. Utrum corpus finitum per continuam ablationem suarum partium tandem consumatur.....	163
19. Utrum contingat ponere corpus homogeneous minimum, ut carnem minimam.....	165
20. Utrum contingat ponere ignem maximum.....	169
21. Utrum totum et pars sint idem.....	171
22. Dato quod ens sit unum tantum, utrum sit mobile.....	171
23. Utrum infinitum possit alterari.....	172
24. Utrum omnia sint unum in materia.....	173
25. Utrum prima principia sint contraria.....	177
26. Utrum prima principia naturae sint in genere substantiae.....	177
27. Utrum prima principia sint privatio et habitus.....	178
28. Utrum in rebus naturalibus sit aliqua materia.....	181
29. Utrum materia prima sit facta non certo utrum de novo vel ab aeterno.....	182

30. Utrum materia prima sit facta de novo.....	186
31. Utrum omnis factio ad se requirat materiam.....	188
32. Utrum materia prima sit generabilis.....	190
33. Utrum in materia sit potentia ad non-esse.....	191
34. Utrum in materia et subiecto generationis necesse sit ponere aliquam potentiam activam quam antiqui vocabant formalem.....	191
35. Utrum potentia passiva materiae sit aliquid additum substantiae materiae.....	196
36. Utrum in materia sint potentiae infinitae numero.....	197
37. Utrum ad praesentiam formae oporteat corrumpi potentiam ad hanc formam.....	198
38. Utrum privatio sit principium.....	200
39. Utrum privatio sit principium per se vel per accidens.....	201

LIBER SECUNDUS

1. Utrum natura sit principium motus.....	204
2. Utrum natura sit principium omnis motus.....	205
3. Utrum natura sit principium status.....	205
4. Utrum forma naturalis sit separata a materia secundum rationem	208
5. Utrum possibilis sit abstractio universalis a particulari.....	211
6. Utrum possibilis sit abstractio generis a specie.....	212
7. Utrum forma possit abstrahi a sua materia.....	212
8. Utrum mathematica magis abstrahant quam naturalia.....	213
9. Utrum materia sit causa per se.....	217
10. Utrum ista descriptio sit propria materiae: materia est illud ex quo fit aliquid.....	218
11. Utrum causa efficiens sit per se causa.....	218
12. Utrum haec descriptio efficientis «unde principium motus» sit propria	219
13. Utrum causa formalis sit causa per se.....	221
14. Utrum ad physicum pertineat consideratio de forma.....	222
15. Utrum causa finalis sit causa per se.....	222
16. Utrum haec descriptio «finis est illud propter quod omnia alia fiunt» sit propria causae finali.....	223
17. Utrum aliquis effectus possit esse ex casu.....	225
18. Utrum duae causae per accidens coniunctae faciant unam causam per se.....	231
19. Utrum omnis effectus casualis habeat causam per se.....	232
20. Utrum aliquis effectus possit esse casualis respectu primi principii simpliciter.....	234
21. Utrum omnia sint quae eveniunt ab aeterno sicut praeordinata....	235
22. Utrum deus possit habere certam scientiam futuri contingentis ad utrumlibet.....	238
23. Dato quod deus habeat certam scientiam futurorum contingentium ad utrumlibet, utrum cum certa scientia divina stat eventus fortuitus eorum.....	241

24. Utrum in caelestibus possit aliquid fieri a casu et a fortuna..... 245
 25. Utrum redeuntibus omnibus corporibus caeli ad eosdem situs in quibus modo sunt, utrum oporteat mundum redire ad omnes dispositiones in quibus modo est..... 247

LIBER TERTIUS

1. Utrum ignoto motu necesse sit ignorare naturam..... 254
 2. Utrum motus possit esse sine loco..... 254
 3. Utrum motus possit esse sine tempore..... 257
 4. Utrum motus sit idem in essentia cum suo termino..... 260
 5. Utrum motus sit..... 262
 6. Utrum motus sit de natura continuorum..... 263
 7. Utrum magnitudo motum continuat..... 263
 8. Utrum motus sit actus..... 267
 9. Utrum motus sit actus entis secundum quod ipsum est in potentia.. 268
 10. Utrum subiectum motus debeat esse in potentia activa..... 269
 11. Utrum motus primus possit esse novus..... 270
 12. Utrum motus sit in movente ut in subiecto..... 275
 13. Utrum idem sit actus moventis et mobilis..... 276
 14. Utrum idem motus in numero possit esse principium materiale in actione et passione..... 278
 15. Utrum actio secundum quod actio subiectum requirat..... 278
 16. Utrum quies sit actus..... 280
 17. Utrum subiectum quietis est perfectum..... 281
 18. Utrum mutatio sit divisibilis..... 283
 19. Utrum mutationem praecedat motus..... 285
 20. Utrum omnis motus habeat duas mutationes terminos suos..... 287
 21. Utrum mutatio sit actus..... 288
 22. Utrum mutatio sit actus perfectus..... 289
 23. Utrum infinitum sit possibile..... 291
 24. Utrum de infinito possit esse scientia..... 292
 25. Utrum de infinito possit esse scientia naturalis..... 293
 26. Utrum aliquod ens sit extra mundum..... 297
 27. Utrum in rebus aeternis possit potentia praecedere actum..... 298
 28. Utrum corpori secundum quod corpus repugnet infinitum..... 299
 29. Utrum infinitum sit in potentia materiae..... 303
 30. Utrum continuo secundum quod continuum repugnet infinitum... 303
 31. Utrum in discretis sit infinitum in actu..... 306
 32. Utrum numerus possit esse infinitus..... 307
 33. Utrum idem sit locus totius et partis..... 308
 34. Posito corpore infinito, ut igne vel aliquo alio, quod posito corpore in ipso, utrum in ipso quiesceret..... 310
 35. Utrum continuum aliquod possit esse infinitum secundum divisionem 312
 36. Utrum totum et perfectum sint idem..... 314
 37. Utrum infinitum sit perfectum..... 315

LIBER QUARTUS

1. Utrum locus sit.....	316
2. Utrum locus sit necessarius in universo	316
3. Utrum locus sit materia rei.....	317
4. Utrum locus sit forma	318
5. Utrum locus sit dimensio separata.....	321

INDEX AUCTORUM ET OPERUM LAUDATORUM

in Quaestionibus super libros Physicorum
Paginae indicantur

Algazel

Philosophia (Metaphys.)

Lib.II, tr.I, c.5.....	297
tr.II, c.8.....	297

Alfarabius..... 253

Aristoteles

Analytica Priora

25a 37 sq.....	240
32a 15 sq.....	245
32b 4-14.....	240

Analytica Posteriora

71b 25-26.....	139
72a 29-30.....	150
76b 36-37.....	154
86a 3-5.....	150
II 89b 25-35.....	292

De anima

I 402b 7-8.....	149, 151
403b 1.....	209
406a 16.....	172, 255, 257
406a 22-26.....	206
411a 3-4.....	163
II 416a 16-17.....	167, 169
III 429a 24-25.....	194
429b 5.....	194
430b 14-431b 2.....	199
434a 31-32.....	214

Categoriae

4b 24.....	261
------------	-----

De caelo et mundo

I 268a 1-6.....	158
269b 14-17.....	176
270a 12-14.....	176
270a 12-25.....	184
270b 14-17.....	299
271b 1 sq.....	299
283b 19-22.....	316
III 299a 31-b 1.....	166
300a 27-29.....	311
IV 310a 33-b 1.....	318
